
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

~~Ee~~
~~B 62~~
KW 235
E 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

# SATIRÆ DVÆ

## HERCVLES TVAM FIDEM

SIVE

# MVNSTERVS HYPOBOLIMÆVS.

ET

## VIRGVLA DIVINA.

*Cum brevioribus annotatiunculis, quibus nonnulla in rudiorum gratiam illuſtrantur.*

Acceſſit his accurata BVRDONVM FABVLÆ CONFVTATIO. quibus alia nonnulla hac editione accedunt.

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

Lugduni Batavorum,
Apud LVDOVICVM ELZEVIRIVM
Anno cIↃ IↃ C XVII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

# IOSEPHO
## SCALIGERO
### Iul. Cæſ. à Burden. F.

ARiſtotelem aiunt, vir Illuſtris Ioſephe Scaliger, cum abſenti ſibi maledici audiret, lepide dixiſſe, Ne flagellis quidem abſens cædi metuo. Idem tibi accidit. quotidianis conuitiis & maledictis à paraſito quodam Romæ proximis his annis impetitus es: cui aliquid in te dicendum fuit, ne perpetuo eſuriret. Neque hoc fine res ſtetit. liber



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*ingens prodiit; qui ut nihil ad ſurorem reliqui faceret aut contumeliam, omnibus hoc curæ fuit, quos aut tua eruditio aut ſua improbitas dormire non ſinit. quorum ſymbolis hoc epulum ſatis liberaliter inſtructum eſt. Porro ut omnes in unius nomen feruntur, ita omnium furori nomen unus commodavit: cujus judicio Deus olim Scaliger non homo erat, & qui eas in te laudes effundebat, quas an virtus alicujus mereatur neſcio, tua certe medeſtia admittere non*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*non ſolet. quem nec flectere amicorum adulatio, nec deprimere improborum malevolentia poteſt. Sed nec tu tam inurbanus es, ut famelicis hominibus nihil ignoſcendum eſſe putes, aut ad te pertinere exiſtimes, quanti morionum filiis aut ſycophantis cœnæ ſuæ conſtent aut prandia: neque nos multum id curamus; hac tamen lege, ne & ille riſum nobis hunc invideat, & cum Stoïcam ſuam conſtantiam omnibus probauit, patiatur aliquem Democrito locum*

 *eſſe.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*eſſe. Diras quaſvis, quævis maledicta, ſine judicio aut lege in te jacit. imo quod ultimum vecordiæ aut opus eſſe ſolet æut ſolatium, quicquid commiſit. In alienam gentem ſubdole irrepſit: hoc tuum eſt. Eliteris olim & ſyllabis laudenquæ ſivit: idem tu facis. Improbus & imperitus eſt; ſed cum tua infamia. Denique cum deteſtanda multa olim chartis illeverit; obſcenitatem in te ferre non poteſt. Itaque ſi patrem jugulaſſet aut avum, tu parricida eſſes. ut pericu-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*periculum ſit plane, ne & tu veſpillone ſis natus aut lictorum præfecto. vel cum ille Romæ eſuriret, idem tibi eveniret in Batavia. Quæ ſite aut movent, aut virtutis ipſe tuæ ferre invidiam non potes, metuo ne illi etiam imbecillem eſſe te concedant, qui doctiſſimum eſſe nunquam negarunt. Quid quod nemini pepercit unquam, neque hominum tantum ſed & populorum invidiam cum tua coniunxit? Venetos, prædones olim: Batavos, homo nobiliſſimus, piſcatores nunc*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*vocat; gentem liberam, & quæ laudem ſuam omnibus, cauſam vero etiam hoſti approbavit. Ac de familiæ quidem veſtræ dignitate, alii aliquando, & fortaſſe nos ipſi. Nunc de autore quædam commentari libuit, cujus facinora ne quiſquam ignoret, primum eſt quod ſæculo debetur. Cæterum cum inter alia quæ lepide intexit, maledicendi & jocandi quoque artem miro judicio tradiderit, viſum eſt experiri, quantum ſub hoc præceptore profecerimus. Tu tantum*

*fave,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*fave, Illuſtriſſime virorum, & à nobis pharmacum hoc accipe,*

Νηπενθές τ' ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων.

*quod aut fallor aut aliquas tibi ſenectutis abſtergebit moleſtias. Nos viciſſim exemplo tuo diſcemus, ea tantum improborum calumnias mereri, quæ bonorum admirationem excedunt.*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

# IVDICIA
## DE
# IOSEPHO
## SCALIGERO
## GASPERIS SCIOPPII
nondum paraſiti.

*Suſpect. lect. lib.* 1. *epiſt.* 1.

SIc enim omnes judicant, *unum te ſæculo noſtro adfulſiſſe literarum ſolem, à quo, quæ ſinguli docti & indocti ignoramus omnes edoceri poſſimus*: fieri poſſe, ut tua demum, opera, omnia ad unum Plauti joca ultro ſe etiam obeſæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

obeſæ naris lectoribus prodant, quę multis jam ſæculis vel ſagaciſſimorum interpretum acumen fefellerunt. Noli committere, ut te mora tua aliorum diligentiæ illudere malivolentes credant, dum putant te pro *incredibili*, & *inhumana*, ut ſic loquar, *ingenii tui præſtantia*, ea re editionem illam premere, ut velut in edita veritatis & ſagacitatis arce poſitus, &c.

*Ibid.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*Ibid. paulo eſt.*

Rittershuſius meus Iuriſconſultus & Philologus haud è multis, adderem tui nominis cum primis ſtudioſus, * *niſi neminem non mente permotum ſua talem exiſtimarem.*

* *Quid dicis Stoïce? quis tu ergo?*

*Eodem lib. epiſt.* 10.

Striga, γυνὴ φαρμακίς. de quo plura naturæ illud φιλοτέχνημα, & merito Divûm genus, Scaliger in Catalectis.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*E libro De arte Critica:*

Et vero quis tandem eſt audaculus (ſic enim iraſcens appellabo convitio longe graviori dignum) qui non dicam de Mureto, Guilielmio, Lãbino, & ſimilibus, ſed *de literarum omnium dictatore perpetuo, & per omnia Dis magis quam hominibus comparando Ioſepho Scaligero* judicium ſibi arripiat, & Amorum Triumviros ab illo editos Augiæ ſtabulum appellare

pellare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

pellare auſit? Credo quod te hominem (* *ſi modo hominem ac non belluam potius ſtupidiſſimam & plane in veruecum patria natam*) omnium bipedum ingratiſſimum, more ſuo ea ibi docuit, quæ omnes eruditos ex tanto magiſtro didiciſſe juvat? An vero tantis tibi convitiorum plauſtris vir illuſtriſſimus inſectandus viſus eſt? quod &c.

** tua iſtæc nunc ſunt cognomenta, vel te iudice.*

*Ibid.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*Ibid. in tract. De Crit. veter. & recentior.*

Iam de illis literarum trium viris, qui anno 1565 Criticos libros ſcribere cœperunt & hodie vivunt, mihi in mentem venit. Si tamẽ Ioſephum Scaligerum, Divi Iulii Cæſaris (vt eum Muretus recte appellat) filium, *ulli mortalium componi par eſt, cujus ſcripta aurea tanquam ancylia cœlo delapſa, cum horrore & relligione quadam omnes eruditi tra-*

*ctare*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*ctare ſolent.* Sive illa temporum rationes, nove ſed *incredibili arte & dexteritate* componunt, ſive Catalecta Virgilii & veterum poëtarum, ſive Catullum, Tibullum & Propertium, ſive Manilii Aſtronomica, ſive Varronis opera, ſive Feſti De verborum ſignificatione libros, ſive Auſonii denique poëmata, omnia ante corruptiſſima & nemini homini nato intellecta, *admirabili & prorſus di-*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*vino judicio & ingenio* adeo reſtituit & illuſtrat, ut nunc vel pueris legi illa intelligique poſſint. *Atque hunc & generis ſplendore ac vetuſtate omnibus omnino regibus & principibus ſuperiorem, & omnium divinarum & humanarum rerum ſcientia cum nullo omnino homine comparandum*, cum nominari audiunt, quicunque hujus ſtudii Critici vituperationem, gloriam ſuam exiſtimant, non eos perverſitatis ſuæ in

judicandopœnitet? non illi *nomen Scaligerum, quod & in Criticis familiam dea cit*, protinus reformidant? * O tempora! O mores!

*O paraſitos! ô conſtantes Stoicos!

---

Ex Oda quadam ejuſdem in obitum Douſæ F. ad P. Merulam.

*DOlorq́ mentem non cruciat levis Recogitantem ſic quoq́ maximum Prius Ioſephum, &c:*

*Quam jure Princeps non niſi cum optimo* * *Vrbem teneret, &c.*

*Veronam.

Paulo poſt.

*——at ipſe & quiſque bonus tamen*
*Doctusq́, regem, non modo principem,*
*Hunc eruditiorum adorem,*
*Poplitibus venererq́ flexis.*

EIVSDEM

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

# EIVSDEM DE ISAACO
## Caſaubono judicia.

*Suſpect. Lect. lib. 1. epiſt. 19.*

Nec quenquam fore puto, qui meum hoc ſtudium, eatenus ut modeſtiæ fines minime tranſiliat, improbaturus ſit. non tu profecto is eris, Iſaace Caſaubone, * *cujus admirabilem in omni honeſta diſciplina perfectionem,* cum ſumma in homines maxime meæ ætatis humanitate, nunquam qui te amico uſi ſunt, ſatis prædicare poſſunt.

* *idem eſt, qui nunc grammatiſta & graeculus eruditorum, à Rabirio noſtro dicitur.*

*Lib.*

*Lib. de Critica.*

Quorum nunc merito primum laudem Iſaacum Caſaubonum, hominem Gallum, *qui cum in* Philoſophicis ac Theologicis fere ſine pari excellere à doctiſſimis exiſtimetur,* ipſe interim quamvis modeſtiſſimus, *re & opere omnium qui vivunt gloriam obſcuraturus vel omnino extincturus videtur,* quid in Strabone, Theocrito, Diogene Laërtio, Ariſtotele, Theophraſti chara-

* *quã-tum mutatus ab illo Hectore!*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

characteribus, Apuleii Apologia & Suetonio præſtiterit, jam decantatum eſt: quid autem porro de ejuſdem Athenæo, Polybio, Artemidoro, iiſque quos de Venatione Amphitheatrali & Ludis Circenſibus promittit commentariis, ſperare debeamus, quã-tum ea lucis optimo cuique ſcriptorum veterum allatura, quantam ignorantiæ caliginem aliis depulſura ſint, an cuiquã obſcurum eſſe poteſt?



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

## Ex Epiſtola Iſaaci Caſauboni ad Ioſephum Scal.

*Libellus amici noſtri me* καὶ ἐν κακοῖς ὄντα *ſupra modum exhilarauit. Moriar ſi elegere quicquã ſimile in eo genere memini. Satiram illam geminã* οἱ χυδαῖοι *mirantur. Habeo quod illis opponam. ſi quid judico, neque lepidius neque doctius ſcriptum vllum à multis annis prodijt*

Iſaacus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

# Iſaacus Caſaubonus ad Satiræ autorem.

*SOmnium tuum, clariſſime vir, vidi legi, relegi. Sciebam quantus eſſes in ſerio tractandis literis quantus in omni genere ſeriæ ſcriptionis. tantum ineſſe tibi leporis, tantum amænitatis ac venuſtiſſimæ venuſtatis, neque ego ſciebam, neq; fortaſſe quiſquam alius eorum qui è tuis ſcriptis te norant. Deum immortalem! quam ingenioſa* ἡ τοῦ μύθου διασκευὴ, καὶ διάθεσις: *quã non è trivio, ſed neſcio vnde ex abdito petiti joci: quã docti & ſalſi ſales: quàm alta deniq; & profunda atque effluens eruditio tua in ſingulis prope verbis apparet! Itaque etſi* ἐν δεινοῖς ὢν καὶ γλυκυθυμίᾳ πάσῃ ἀποταξάμενος, *abſtinere tamen non potui, quin lepidiſſimum ſcriptum ſæpe legendo producerem. Placuit etiam filium meum natu maximum ad epularum tuarũ delicias admittere ac propterea Satiram tuam cum eo relegi, vt*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*quæ minus aſſequeretur, ea ipſe interpretarer. Sed accidit perincommode, vt præter illa quatuor exemplaria quæ à venerando & illuſtri Scaligero ſunt miſſa, nullũ aliud in vrbe reperiatur. Eſt namque factum, vt illo libro quem acceperam frui diu mihi non licuerit. Intelligo etiam nõ deeſſe, qui curandã hic ejus libelli editionem ſuſcipiant. Potes inde conjicere quos plauſus heic tulerit ſomnium iſtud tuum. Omnium communis vox eſt ſomniando te vel eruditiſſimorum virorum vigilias & ad Cleanthis lucernã elaboratas lucubrationes ſuperaſſe. Macte vir doctiſſime hac pietate, hac generoſitate mẽtis, hac denique capitalis atque ignei ingenii beatiſſima copia. Equidẽ in eorũ numerum adſcribi poſtulo, qui propter hanc μυστικωτάτων ſcriptionẽ multũ ſe tibi debere ingenue profitẽtur. Deum veneror mi amice vt tuum hoc pietatis officiũ bene tibi velit evenire. Vale lutetiæ pariſiorum* VI. *Eid. Maias* CI.IↃ.CVIII. *Scripſi raptim, per accaſionem.*

HER-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

# HERCVLES TVAM FIDEM.

FACINVS audax incipiam & memorabile, neq; hoc ſæculo uſurpatum prius. Quid in Lunæ regno geſtum ſit hac nocte exponam. Si profanos exeſſe jubeo, pro imperio facere videor: quiſq; domi ſuæ rex eſt. Viam ſi quis quærit; cæca & acclivis eſt. nec pedibus facile eam quiſquã nec veredo confecerit: nemo deniq; illuc niſi ſomniando pervenit. Nam & fabularum inſtitores, & id genus alios omitto, quibus tam facile homines è terra naſcuntur, quam nunc Romæ equites è luto. Xenophanem certe virum fuiſſe ſapientem nemo ignorat, qui & habitari orbem



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Lunæ credidit, & aliis perſuaſit. Endymionem quoque ſæpe audivi, primum ſapientiæ cœleſtis conſultum, poſtquam illinc abiit, altero ad meridiem die rurſus in terra conſpectum eſſe; admirantibus omnibus, cur ſine viatico rediret. Ergo, ut ſimpliciter rem ipſam exponam, Nox erat. quam ſi poëtico ambitu deſcribi tibi velis, pete ab eo cui novum nuper carminis genus arriſit, quod bis ante finem claudicat. Equidem liber & meæ ſpontis huc veni, neque pro arbitrio alicujus quicquam aut tacere poſſum hodie aut loqui: tum ſi quiſquam regias adferre huc edictiones poſtulet, emat cui imperet. locum tertio ab hinc lapide oſtendam, ubi poëtam facilius conduces quam cocum: ubi meraco vini hauſtu, Jovem aliquis negabit unquam


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

cum Junone conſueviſſe, aut Saturnum antehac in cœlo regnaſſe. Ita Deorum non ſecus quam hominum majeſtas eviluit, poſtquam inter Myſorum fines ac Phrygum nihil intereſſe exiſtimavimus, & in alieno foro aliquis jus dicere auſus eſt. Nox ergo erat (hoc eſt, ſi Chryſippo credimus, dies non erat) ſed hyberna & quæ diurnum ſolis curſum ſpatio horarum excederet: cum heſterno defeſſus labore ac gravis, non perfunctorie dormire cœpi. Et quia, uti ſolet, variæ adhuc animo curæ oberrabant, ecce tibi ſomnium pertinax ac longum, & quod eadem nocte cum Hercule natum eſſe diceres. Viſus ſum in ſuperiore aëris regione non procul à Luna verſari. triſtes undiq; tenebræ, & imago noctis, lux nulla: niſi quam tenuem &



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

propemodum malignam noctiluca illa præberet. Cujus beneficio proxima quæq; intuenti, manum quidam injicit. Reſpicio, Mercurium video, qui deducere ac reducere animas hac ſolet. Qui ubi contra venientem aſpexit, Si ſapere, inquit, adoleſcens potes, multum profeciſti. tibi & Menippo hoc licuit, cujus veſtigium in nubibus hic vides. Et enimvero, quoniam mihi cæcutire videris, &, ut Græculi tui dicunt, * ἀμβλυώττειν, veteri pharmaco Homerico caliginem iſtam diſcutiam tibi; ſeu Romano potius. Græca enim non feci, ex quo Argiphonta dici cœpi: non audivi, ex quo Homerum tranſvexit Charon. qui tum inter navigandum nihil præter verſus vomebat (nauſeabat enim.) Hæc ubi dixit, voces ſuſurrabat aliquot. quas ut vix tandē abſolvit,

* *hallucinari.*

Continuo

*Continuo triſtes diſcedunt undiq; nubes,*
*Puraq; lux oritur. qualis cum lumine toto*
*Lucifer, & cæcas diſtinguit Cynthius umbras;*
*Apparet rerum facies: redit undique cœlum,*
*Et lætus circum tellurem amplectitur aër.*
*Apparent variæ diverſo littore gentes,*
*Quas lux prima videt, quas pulchro conſpicit ore*
*Heſperus, & lato Neptunus colligit orbe.*
*Apparet diverſa ſuis animalia formis,*
*Apparent ſpes cæca hominum, morbique laboſque,*
*Et paßim toto volitantes aëre curæ.*

Sed & rumores ad nos perferuntur undiq;, & ſuſurri hominum: neque quicquam erat, quod non aut adire oculis, aut uſurpare auribus pronum eſſet. Sola tamen

urbis æternæ facies, & imperii ruinæ, quaſi nihil uſquam eſſet, animum ſeduxerant, & in rerum volubilitate tanquam unico obtutu fixa mens hærebat. Ecce domina rerum, imperatrix gentium, quo decidiſti! Funus tantum & cadaver tui. Ite nunc noſtri homines, fratrem aliqui invidioſe plangite aut ſororem: matris cauſa genas radite, & æternitati lachrymas iſtas oſtendite aut luctus. Urbes quoque & delubra nemo periiſſe crederet, niſi fidem ſibi faceret vetuſtas. Naſci quippe ac denaſci ordo rerum eſt. cumque cuncta æque intereant, minimum prope eſt quod lugetur & luget. Et jam toti in his eramus; cum & funus efferri, & procedere eminus pompam videmus: quorum lamentari alii, alii ſolo vultu teſtari dolorem, quidam falſo gemitu miſcere omnia,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

mnia, & ambitioni lachrymas donare. Diligentius intenti, Cæſarem Baronium Romæ extinctum audimus, ſummæ dignitatis virum, & qui ne illiteratos quidem paraſitos haberet. Quorum ingens exercitus fores obſidebat. Alii priſtinæ virtutis memores, penarium amplexi jacebant: pars ne inulti morerentur, cum pernis & glandibus, quæ adhuc indemnatæ pendebant, veterem rationem deducebant, aut ex heſterno jure panis buccellas aliquot lurcabant: ne araneantes jam fauces, & diuturna fame aridæ, voci viam negarent, & in luctum ſaltem vita protraheretur. Quorum unus, homo jam ſenex, & qui ſæpe rebus adhuc integris ingentes exarmaverat patinarum ſtruices, cum nil niſi frigus merum ſentiret, ac ne nebulam quidem ni-

doris ullam, inter amicorum amplexus expirat, ---- *& dulces moriens reminiſcitur offas*. Stoïcus noſter paulo erectior, à carnario nõ procul ſedebat, certus in ſtatione ſua mori, & ſupremum ſpiritum intra culinæ pomœria effundere. quando ita Diis viſum eſſet, ipſo in ætatis flore ſpem vitæ præcidere, & tot una lubentias auferre. Se quidem * τὴν ἀπάθειαν ſerio meditari: ſed cum tantam ſolitudinem videret, non poſſe quin animo cõmoveretur. Denique, ſi exemplis utendum eſſet, Chryſippum inter amphoras expiraſſe. Platonem vero ter Charybdin eſſe emenſum, ut amorbiten aut murænam cum Dionyſio Siculam voraret: * Illum inter epulas quoque & menſarum ſacra, ut quibuſdam placet, divinum illum ſpiritum efflaſſe, cumque nuptiali cœnæ intereſſet, nunquam

* *indolentiam.*

* *Vide Laërt.*

nunquam inde domum pedem retuliſſe. Sibi vero tot intritas & turundas, tot embammata ac liquamina, tot ſcriblitas & artocreas, tot inſitia & farcimina, ex animo delenda eſſe: quorum nihil præter deſiderium & ingratam penes ſe memoriam relinqui. Vno tamẽ frui ſolatio, quod extremum virtutis eſſe præmium, etiam invita fortuna ſolet; fortitudinis nimirum & ſolertiæ. Neque enim impune ſe unquam cum lancibus commiſſum eſſe, aut in hac militia cuiquam laudem conceſſiſſe. Quod niſi ab ambitione ſemper alienus fuiſſet, poſſe non pauca à ſe commemorari facinora, quæ inter patinas præclare geſſiſſet: tum ſententiolas argute vibrantes & petulantes jocos, quorum ſinguli Saliari cœna contra non cari eſſent. Vt omnia omitteret, cui



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

jam hiſtorias ſuas de Burdone probaret, quibus condire fercula, tanquam ſeſamo & papavere, ſoleret: quibus ſi quando accurate eſuriret, tãquam teſſera præſente admittebatur. Harum voluptatum, diſtractionem, diſcidium, vaſticiem veniſſe omnium, poſtquam expuncti manipuli, & remiſſus eſſet exercitus edendi. Hæc cum dixiſſet, cœpit paulo altius lamentari, & amplexus lancem proximam cum cupediis aliquot, Virgiliana magniloquẽtia fatum ſuum ſolari.

Æneid. lib. 4.

*Dulces relliquiæ, dum fata Deusq́ ſinebant,*
*Accipite hanc animam, meq́ his exolvite curis.*

Mox ad focum converſus, pauloque intentior:

*Ales ſuperba Phaſidis remotæ,*
*Et picta perdix, & volucris Afra,*
*Ionicæque nidor attagenæ,*

*Et vos*

*Et vos coacti non amare capi,*
*Quondamq́ ſolis imputate pennis,*
*Nunc & palato non negate pavo,*
*Ledæq́ adulter, nec tacende turtur.*
*Et quos Venafræ nutriere quondam,*
*Nunc & propinquæ nutriunt olivæ,*
*Vel Tibur udum, vel Sabina rura,*
** Aut bacca noſtris invidenda terris,*
*Turdi loquaces: fertileſque echini,*
*Scarique, Eois intonata ventis*
*Quos unda terris appulit Latinis;*
*Valete poſthac: voſque ventris ægri*
*Solamen olim, nunc valete, pernæ.*

* *baccæ iuniperi, quibus abundat Germania.*

Non ego vos poſthac in Sitorio aut Vaticano
*Fumoſo pendere procul de fune videbo.*

Atque ita domum ſe contulit, comitantibus collegis aliquot, æger & perculſus. Vix pedem limini admorat, cum & pallere, & animo linqui cœpit, & laborem ſtomachi prætexere. Hic ex proximis quidam, homo

non ineptus, & ut tum quidem videbatur, ex Aſclepiadarum gẽte, manu leviter admota, pulſum venarum ac momenta captat; & cum paululum cunctatus eſſet, Iſte quidem hodie, inquit, domicœnio laborat: heſterno enim die, ut hic ſunt homines, ſpe ſua excidit: cras tamen curabitur, modo ſalus nos reſpiciat, & cibus alienus. Morbus quidem iſte Epidemicus eſt, & huic generi non ignotus. nuper adeo primum id mali advenit. Memini cum primum in urbem veniret omnibus ignotus, totos octo dies ſuo ſibi ſucco vixiſſe. quod niſi vẽtus aliquis nidorem afflaſſet culinæ, jam ille Dîs & hominibus iratus, capite ventris averruncaſſet injuriam. Sed bonum factum: mane enim die proximo, ante primum morbi acceſſum, puer à Baronio adeſſe nuncia-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

nunciatur, qui Liberalibus vadimoniis vadatum coram ſiſteret. Quo nuncio non leviter percusſus, tum quidem currendo talum invertit. Cæterum, ut primum facta eſt cœnandi copia, anſeres tres altiles fruſtillatim concîdit, qui Tibure advecti dicebantur.

*Nec miſeris prodeſſe in tali tempore quibat,*

quod aviculis minoribus non ineleganter farcti eſſent. Ex hoc tempore novam prognoſticen invenit. Neque enim ille ex cornicum ſtrepitu, aut Lunæ colore, aut * ῥητορείᾳ ranarum, quicquam definit: multo minus aut muſtelam in tecto, aut in via ſerpentem, aut prægnantem in itinere canem unquam horruit: ſed nec pennæ volantis auguria, nec ſoliſtimum obſervat tripudium: & quæ plura olim

* *coaxatione.*

olim delira excogitavit antiquitas. Sed ſi focum frigere videt, putat ſibi eſuriendum eſſe: ſi è Madrucii aut Baronii culina, fumus dextrovorſum impellitur, & in nubem cogitur, bene ſperat de craſtino, & trechedipna promi jubet. Atque hæc ipſa tamen è Græcorum diſciplina, & Etruſcorum libris hauſiſſe ſe negat: ſed ad præclaram indolem exercitatio acceſſit, neque quiſquam unquam majorem edendi experientiam habuit. Ac bonum quidem cum Ulyſſe Stoïcorum patre unũ agnoſcit, * καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι. Principia duo, lactucam & ova, domi cum cœnat: ſin de alieno vivit, etiam echinos & oſtrea admittit, neque dubia promulſide offendi ſolet. Quæ exiſtunt, alia per ſe eſſe putat, ut gallinas, ficedulas, & capos: alia * δι᾽ ἄλλο, ut cappa-

** ſurgentem cernere fumum.*

** propter aliud.*

capparides, olivas, condimenta. Alia rurſus eſſe in poteſtate noſtra, ſicut prandium condicere aut cœnam: alia non eſſe, ut vocari. quæ τὰ ἐφ' ἡμῖν, & τὰ μὴ ἐφ' ἡμῖν melius dicuntur. Succidiam, laridum, & fabas, in bonis quidem eſſe non putat, ſed ſi ſit eſuriendum * προηγμένα cum Zenone vocat, & producta: præpoſita etiam cum philoſophis Latinis, & præcipua in malo. * Rejectum, uti Stoïci dicunt, unum eſſe, famem: quæ ne vulgi quidem opinione eſt in bonis, aut * ἀξίαν habet. huic ſi vacua quoque menſa accedat, non promiſcuum eſſe amplius, ſed malum. De caſu vero ac fortuna, dubitandum non eſſe: poſſe enim fieri, ut jus optime conditum catella liguriat, aut inſtructam accurate ferculorum

rum

* *vide Ciceron. lib. de fin. 4. & Laërt. Zenone.*

* *ἀπροηγμένον.*

* *æſtimationem.*

rum aciem, agaſo aliquis evertat.
Sed & ſæpe ſe querelis interfuiſ-
ſe æqualium, cum qui turdus in
culina eſſet aut perdix, ſturnus in
triclinio eſſet aut parus. Quæ niſi
ad * τὸ ἄλογον referri non poſſe.
Quæ Paradoxa vocant, non u-
nius modi eſſe: maximum tamē,
ſi quis mane egreſſus, cœna exci-
dat: aut vocatus pridie, occupa-
tam præſepim inveniat. Multum
intereſſe quoque, veſperi id fiat
an mane. Jejuno enim ſtomacho
& ſerpente, nihil pejus eſſe. De-
licta vero omnia ac peccata paria
eſſe, ut & recte facta. Nam ut qui
trecentis à catino vel à lance ab-
eſt ſtadiis, nihilo magis eſurire
ſolet, quam qui uno tantum: ita
qui limitem excedit virtutis, non
referre quantum; nihilo minus
exceſſiſſe. Verba pedibus aſtricta
& poëticas amœnitates, luxum
eſſe ingenij & pruriginem ina-
nem.

*id quod ratione caret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

nem. Solum tamen ſapientem bonum poëtam eſſe, uti fabrum, ſartorem, aut mœchum. neque gloriam ex iis contemnendam eſſe aut laudem. Nam ut reliquos omittam, ejus certe carmen cœlo delapſum eſſe crederes: pedem enim cum Vulcano utrunque fregit, cumque verſum unicum abſolvit, bis ſcazontem facit. Cujus, quæſo, mecum elegantiam cognoſcite.

** At Dî Deæq; dentibus tuis eſcas*
*Negent amicas * arbori vaſte vicine.*
*Per quem ille noſter flos * Ioſephus*
** Burdonum. (vo,*
*Qui philoſophari prædio poterat ſal-*
*Oculumq; certo * confixiſſe cornici,*
** Iam haud niſi philoſophari quit, & poëtari.*

Aſtrologiam cum Antiſthene & Cynicorum grege, ut & Geometriam, ac id genus alia, occupare ſapientem non erudire:

cujus

** Exſtant hi verſus, p. 295. lib. in Scalig.*
** Hui!*
** ω corripitur.*
** Poſitio corripitur.*
** Poſitio corripitur.*
** Divinus Scazon.*
** lib. in Scalig. de tota matheſi ita indicat.*

cujus proprium ſtudium eſſe,
* *Quid rectũ aut tepidis contra inveniatur in ollis.*
Ὅττι τοι ἐν χύτρῃσι κακόν τ'
ἀγαθόν τε τέτυκται.
De juriſconſultorum libris, non omnino peſſime ſentire ſolet, niſi quod in verborum ſignificationibus parcius laudandos exiſtimet: multa enim quæ ad ſacra Priapi faciant, ſupine ibi prætermiſſa eſſe: * quæ è ſuis peti poſſe publice oſtendit. Tum de ritu eſſe aliquid nuptiarum & pactis, quod in caſtris uſum non habere, ſæpe ex matre intellexerit: quæ duobus teſtibus contenta, jure naturali matrimonium contraxit, cui ſoli ſtandum eſſe porticus affirmat. Terram ab oriente univerſam ad Mæotidis paludem, aut columnas Herculis, viro forti patriam eſſe: eam tamen longe optimam, in qua plurimi Epiſcopi moriuntur. Dies omnes nec illepide nec inuſitate di-

* *in præfat. Priapeiorum.*

te diſtinguit: matres enim alias, alias novercas eſſe cum antiquo Heſiodo fatetur; prout aut de ſuo aut de alieno vixit. Ferias quoq;, ſed pauciſſimas, novit: porro cum Eſuriales agit, totum diem vacat. Senatum Populumque Amyclarum, poſtquam domi foriſque multa præclare ac feliciter geſſiſſet, ſola tacendi lubidine everſum eſſe, frequenter miratur. Sibi enim ex quo natus eſſet, verba defuiſſe nunquam, quin continuo ad occaſum uſque ſolem reliquis tacentibus ſolus tinniret: ut quod iis evenire dicitur qui ad Nili cataractas colunt, audiendo omnes facile obſurdeſcant. Somniorum fidem, & quam Oniropolicen ſapientes vocant, uſquequaque elevandam non putat. quod & Platoni olim cum Zenone videbatur. Ei rei argumentum



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ſibi eſſe. Quippe cum ad tertium eidus Octobris, prima face in Vaticano obdormîſſet, nulla magnopere arte, ac ne Græcorum quidem literis ad capeſſendam virtutem inſtructus, ejus diei poſtridie ante conticinium, cum expergitus fuiſſet, intelligere cœpiſſe, Joſephum Scaligerum Arabice neſcire. Id nunc ſerio triumphat. Tertio deinde die, chamæleontem in tegulis videre viſus eſt, qui colorem ſæpe cum mutaſſet, tandem in Madrucii culinam delapſus eſt. id paraſitandi ſibi auſpicium fuiſſe. Mox Calēdis Decembribus cum inulas domi & rapula cum cibario pane, ei philoſophiæ intentus quam Dipnoſophiſticen dicunt, ſero admodum cœnaſſet, poſtridie diluculo adſtitiſſe in ſomnis ſibi fœminam, peplo talari Græcum in morem leviter amictam,
pallido

pallido vultu & emaciato, cui Bulimia nomen eſſet: eam diſerte acclamare viſam,

> *Πεινήσεις μάλα μακρὸν ἐς αὔριον, ἔστ᾽ ἔννηφι.

* *Eſuries multum cras, vẽturiſque diebus.*

Id quoque ſibi eveniſſe. Sectam Eclecticorum hactenus admittit, ut in conviva vehementer probet: non cujuſvis enim eſſe optime ſeligere, & in ipſo voluptatis concurſu, rectitudinem judicii tueri. Si præſertim pompa Cerealis ſit, & in epularum numero aſſenſus laboret. Nam quemadmodũ Herculem ſuum Prodicus, diu in bivio hæſiſſe refert, dubium utram viam iniret: ita in lauto ſæpe epulonis animo magnas difficultates oboriri. Quod interdum non omnino tutum eſſe: quoties nimirum plurimi concurrunt proci, quibus Cupido, toſtæ ſiliginis amore, pe-

re, pectus transfixit. Cætera Theodoreus eſt, & ad Ariſtippum alibi deflectit. Etenim & ſubducere aliquid ſapientem, & aliena ſuo tempore attrectare, nefas non eſſe. Quin & invito domino fieri id poſſe, modo & ignaro id fiat. Nam quid ego nunc dexteritatem ejus vobis prædicem? Quis enim præſtigiator unquam calculos ſuos ita callide aut acetabula ſubduxit, uti iſte ſubito quidvis domum ſuam transfert? nunquam enim ita rectis oculis bibliothecam alicujus intrat aut armarium, ut non ſtrabus fiat continuo, & abſente domino propenſior evadat. Atque hæc hactenus: nunc vero theologumena tantum & allium eructat. Poſtquam enim bene de Hiſpania ſperare cœpit, & ubique Deam Fatuam regnare credidit,
homo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

homo qui referre ſua nuper non putabat, utrum meridie an veſperi ad obbam accederet, nunc legumina edit, & maledicit probis. Quin & nuper tam ſevera delectari triſtitia cœpit, ut Helleſpontiacus ſacerdos, qui Latine ſemper eſt locutus, & ſimplicitate Romana ſacra libidinoſa peregit, aures obſceno ſermone violari credat, * ſi quis Græce ludere conetur, & eaſdem res leviter attingat. Non quin venuſtus ſit & Deo ſuo dignus, ſed quod * ἀμυήτους ad hæc ſacra non admittat, & ad paucos omnino pertinere putet tam horribile ſecretum. Jam ut ad omnem fortunam ſit expeditior, nihil domi præter medicũ & delatorem alit. Nam ſi quis è Belgio aut vicina Germania, ubi neſcio quis hæreſin antiquam novo paxillo ſuſpendit, Romam primum advenit,

*Scaligero enim objicit, quod unũ Priapeium Græce verterit.

*non initiatos.

venit,

venit, cõtinuo excurſorem ſuum
& miſſarium ablegat, qui taber-
nas omnes ac utrunque Ianum
percurrat, Et, *mores, loca, facta, na-
tiones* exquirat. Ita quadrupla-
tur ſerio, & ad artes liberales
*calumniandi artem.* * τὴν συκοφαντικὴν adjungit.
Medicum vero multo pruden-
tius: ne ſine jatralipta palæſtram
ineat. Plurimas enim vicinas ha-
bet, & ſi quando Priapo ſuo per-
*Heſiod.* vigilium debet, * Γείτονες ἄζωστοι
*Vicinæ accurrũt diſcinctæ* ἔκιον: bellæ omnes pupulæ, &
quæ lectum non invenuſte mo-
vent. Omnem enim virtutem,
ex quo ſerio philoſophari cœpit,
in actione putat conſiſtere. Ego
admiratus, Et quis, inquã, Deus
tropica hæc induxit? aut qua
hæc eſt commutatio? Nam pe
Venerem & Priapum id nunc ex
te quæro, quid cum Zenone &
Cleãthe huic rei eſt, cujus ſcript
nil

niſi operto capite nemo legere audet? aut quo pacto de virtute diſputat, * ὁ τοσοῦτον τῆς φιλοσοφίας ἀπέχων ὅσον ἡ κακία; Mercurius leviter ſubridens, Ita Romæ immutantur, inquit, homines, poſtquam peregre advenerunt. Quin ne nomen quidem retinere viſum eſt: ſyllaba enim major eſt, cui tres tantum literæ ſufficere poterant. Et ſi plura ſcire vis, eamus. hodie enim Genium illius apud Æacum videbis. Turrim juxta hic quam cernis, Lunæ eſt. tellus lata, & ut eminus apparet, circularis. Latus alterum animæ, alterum Genii tenent: qui viventium, ut cuique ſunt, mores ac crimina exponūt. Urnam Æacus movet, & ſevero vultu ſingula cognoſcit. Proximum conclave animarum eſt, quod Minoïs æquitatem agno-

*qui tam longe à Philoſophia abeſt, quam vitium.

ſcit. At tu, adoleſcens, poſt tam magna nomina, Itacheſium Ulyſſem, & Trojanum Æneam, Herculemque Thebanum, ſomnia hominum ridebis. Prius tamen vultu irretorto teſtam hanc ſolo illide, genuque flexo terram pronus venerare, & hæc enuncia, ASKION, KATASKION, LIX, TETRAS, DAMNAMENEVS, AISION. Atque ita.

*Apparet Lunæ regio, campique patentes.*

Paululum cunctati, mox inanem vaſtum, ac deſertam aream inimus. in qua præter atomos Democriti, & Platonicas ideas, nihil quicquam videmus. Finem hujus extimum Lethe ambibat, cujus aqua murmure arguto delapſa, mox deorſum rapitur, proximoque offenſa ſcopulo, albicare incipit, & in ſpu-

man-

mam vi majore concreſcit. Venientem Styx excipit, cujus primo in gurgite torvus atque inamœnus ſenecio occurrit, qui à ripa non procul ſcapham niſu maximo impellit: quam è maluarum & aſphodeli foliis, arte potius ſumma quam prudenter conjunxerat; nihil ultra animarum pondus expectare ſolitus. Sed tum lævo noſtro tempore, caput ſæpe quatere, & non nihil ſecum ipſe muginari, ac occulte fremere, neque dubie iraſci. Nam dum cenſum mortuorum iniret, & portorium, homo durus ac tenax, ſtricte contenteque exigeret, veſpillonem quendam deprehendit, qui ſine obolo fatali tenebrarum regiones acceſſiſſet. Quærete nomen hominis; pallere ille ac tacere: majorum & familiæ; neſcire ſe vix tandem reſpon-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

dit, & iniquitate neſcio qua rerum, gentis * deliquium ſibi eveniſſe. Romam tamen mitteret, ſupereſſe ſibi filium, acutiſſimi ingenii juvenem, qui in alieno genere ſatageret, non pro cætera ejus prudentia, niſi inveniſſet & ſuum. De portorio æquum minus videri, niſi vitæ ſuæ rationes ignoraret. Cujus enim eſſe hominis, precio amicum ſejungere, quem non ars modo & vivendi æqualitas, ſed & vota quoque pro ſalute mortuorum conjunxiſſent? Sive enim mare excandeſceret, & cæruleam Neptuni domum,

*Vide Vitam.*

*Phrenetici Septentrionis filii*

ſurſum ac deorſum vorterent, ſive Mars alibi & bellorum incrudeſceret neceſſitas, ſive inexpugnabile ac fatale cœli vitium longe omnia lateque popularet, non ſine emolumento utriuſque quic-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

quicquam horum eveniſſe, quos à toto hominũ genere duo quæ potiſſima habentur, ſpes & lucrum, ſeparaſſent. Velle poſtremo omnes exemplo ſuo viverent. Eſſe uxorem ſibi, ſpinturnicium quidem illam & pithecium, ſed quam nemini tamen invidiſſet unquam. quippe ſe hominem nullo literarũ cultu imbutum, ut mediocrium captus eſt, minime vivendi ignarum, è pleriſque prudentium placitis, unum obſervaſſe, quod apprime eruditi eſſe viri audiviſſet, cujus ſibi nomen, poſtquam Lethen trajeciſſet, pene excidiſſe. Huic ſive Pytho, ſive Pythargo, ſive Pythagoræ nomen eſſet, viſum fuiſſe, Nihil eſſe cuiquam debere, quod non jure eodem amicorum eſſet. Hac ſe lege cum Reipub. amicus ſemper vixiſſet, vectigalia ejus &



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

tributa, ſua quoque exiſtimaſſe: ita pecuniolas quas coëgiſſet è publico, arte quadam, ut plerique putant & induſtria, cæterum ut ipſe judicaret, mera ſimplicitate domũ ſuam tranſtuliſſe, & ubi opus eſſet, tanquam bonum familias patrem, impendiſſe. idq; ſine damno, ut exiſtimaret, ſuo; non ſine obtrectatione tamen multorũ. contra vero quæ ſua alii putarent, juris publici feciſſe. Eſſe filiam ſibi, quæ avare nunquam arti ſuæ precium poſuiſſet: eſſe filium, qui cum togula & capſa, eaque ipſa quam promittit ſapientia, totum ſæpe diem, pane unico & obſonio haud multo, cum metreta vini, Romæ venalis fuiſſet: neque emptorem tamen invenire potuiſſe; dum delationibus placere cœpiſſet: ita nunc ſuſtentare ſedulo, ſolo demenſo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

menſo contentum. Adeo nunc ibi vilem philoſophiæ annonam eſſe. Suis quoque meritis aliquid deberi, cujus bellica virtute multi & illuſtres ſæpe viri cecidiſſent: idque vel in rem ejus vorſum eſſe, vel communi acceſſiſſe mortuorum ærario. Hæc & id genus alia, partim aure ſurda, partim truci & irato vultu tranſmittebat portitor, noſque ut aſpexit, ſcaphulam citimæ admotam ripæ, ulteriori mox reddidit, & incolumem utrunque glauco in papavere & informi limo reliquit.

*Sic ſedes Erebi, primum naſcentibus omen,*
*Poſtremaſque domos defunctis munere vitæ*
*Manibus ingredimur. ſtat pallida noctis imago,*
*Nec vultu diverſa ſibi; triſtiſſima viſu,*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*Vnaque cunctarum facies ſine nomine rerum;*
*Incertum rationis opus: neque enim uſus in illo eſt.*
*Et quicquid ſolis Dij conceſſere tenebris,* *(cingit*
*Hoc periit natura tibi: ſuus omnia*
*Torpor, & ignotus tegitur caligine mundus.*
*Hoc fuerat cum nullus erat. vis numinis illi*
*Inſcripſit varias, quas monſtrant ſidera, formas,*
*Et diffuſa dies, & quem poſt tempora noctis*
*Credimus innumeras Phœbum donare figuras,*
*Aut totidem quot nocte latent. cum luce renata*
*Naſcitur è tenebris, & ſe ſibi vindicat orbis.*
*Sic Chaos antiquum ſtupuere animalia rurſus* *(tenebras*
*Poſt noctem ceßiſſe ſuam, quæ prima*

*Reddidit*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*Reddidit attonitis populis . par luminis illic*
*Et rerum tunc uſus erat . dedit omnia terris,*
*Quamvis ipſe operis pars, ſed pulcherrima, Titan.*

Vix egreſſos Cerberus invadit, qui ingenti latratu perſonabat proxima: huic ut paulatim efferari colla & augeri rabiem adverti, manu perulæ admota, diariolum depromo, itidem ut Romæ fieri memineram; offam jure multo maceratam. Ita poſita ira omni, caudaque leniter ſub alvum reflexa, & identidem humaniter exerta, procedentibus alludiare cœpit, & nunc pedes hilaris nunc manus, cum gannitu allambere. Arriſit Mercurius, &, Viden, inquit, bolus quid poſſit? Stoïcum hunc diceres, non canem: adeo cum fame omnis illi ferocitas jacet. Et ne quic-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

quam penitus ignores, Viden' hos qui in foribus, atque ipſis inferorum faucibus ſtabulantur? Paraſiti ſunt, quos, ut primum appulere, Cerbero vorãdos portitor condonat. Minotaurus hic noſter eſt: hanc illi decimam Athenæ inferorum perſolvunt. Ita annum Metonicum, quem decaenneaterida Eumolpidæ vocant, in poſtica canis, rem gerunt, mox exactis temporum ambagibus, rurſus è fimo fœdum examen naſcitur, & in aulas regum ac triclinia irrumpit.

*Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas!*

Ego vero, Aiaces, inquam hic requiro & Hectoras, tum triſæclum autem Neſtorem, & Aſteropæum æquimanum, & facundum olim etiam apud inferos Ulyſſem, qui cum fato ſuo paria feciſſe creditur, & priuſquam



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

vivendi leges expleviſſet, inter mortuos erravit. Ille, in riſum ſolutus, Vrbs, quam vides, inquit, animarum eſt: iis tamen adoleſcens, quos tu hic requiris, pater Homerus, mater Ilias & Ulyſſea ſunt. Ingemui, & *O curas*, inquam, *hominum, o cæcæ deliria gentis!* Quin ille ipſe, inquit, Divûm hominumque architectus Homerus, ante annos mille propemodum & centum, in vincula conjectus eſt. Et merito quidem. An enim ille, ſi honeſta matrona Venus, pertæſa fuliginis claudi mariti ſui, liberiuſcule olim cum Mavorte caput collimavit, prodere id hominibus continuo debuit? Aut ſi Jupiter in Ida monte cum Junone ſua res mariti egit, *Il. ξ.*

* Ὕπνῳ καὶ φιλότητι δαμείς· ἔχε δ' ἀγκὰς ἄκοιτιν. ** Victus ſomno & amore: inque ulnis conjugis hærens.*

Ita ordine ad reliquas pergimus.

Quarum alia prout viventibus ſtudia fuerãt, fato defunctis manebant. Porticum ſuam fabricabant Stoïci, ſerio ambulabant Peripatetici, obvio cuiq; cornua appingebat Chryſippus. Cæteri epulabantur, & hilaritate diem comburebant. Modimperator erat ſenex Anacreon, cujus edicto Pindarus poëta vino abſtinebat, qui in operis principio male ominatus eſſet, * Ἄριστον μὲν ὕδωρ. quod negabat Anacreon. Paululum progreſſi, rem feſtivam videmus. A triclinio non procul Scepticus obambulabat, triſti vultu & ad animum intento. via forte eadem ebrius occurrit Menippus, ſimulque excuſſiſſima palma os homini percellit: indignante altero, ac multum fruſtra quiritante, Viri, inquit, optimi, multum promovimus:

* *Aqua optima.*

mus: * τὴν ἀκαταληψίαν hodie expugnavimus. Neque dubitabat quiſquam quin verum diceret: adeo alter non negabat ſibi malam dolere, & relicto Pyrrhone, Heraclitum ſequi tum quidem maluit. Ad quartum fere ab hoc lapidem proceſſeramus, cum & gemitus audiri, & infelix ejulatio, qualis ægrorum eſſe ſolet, aut Philoctetea in ſcena lamentatio, quoties gliſcere intermiſſus læſi pedis dolor incipit, & * οἱ οἱ illud, mœſta hiſtrionis voce increbreſcit; cauſam ignorantibus, Arceſilaum mediæ Academiæ autorem quidam è pluribus oſtendit, qui Tricongiana liberalitate, & frequenti dum viveret amyſtide, morbum tum quidem lethalem contraxerat, cujus vis quoque ultra mortem îſſet: ita affixus ſtragulis jacebat, eandemque lethi pœnam ſentiebat

* *incomprehenſibilitatem*

* *Hei, hei.*

tiebat & cauſam. Multum fruſtra ejulanti Hippocrates aſtabat, qui ſine vomitu levari poſſe morbum negabat, & emetica omnia accumbenti miſcebat. Sed conatu irrito: vincente jam malo, neque audiente vim remediorum, ſurdo ad hæc talia & pertinace contra omne auxilium ſtomacho. Accedebant ructus amari cum dolore & gravitate viſcerum; ſomni quoque furioſi, & ſolemne ebrioſis malum, noctes inquietæ. neque uſitatum jam periculum erat, ne quæ concoqui non poſſent, cum cruciatu corrumperentur: tota quippe ad delirium res ibat, & poſt febrem, longam illam & crudelem, majus aliquid hac ipſa metuebat medicorum providentia. Trepidare ergo omnes, neq; ullum præſidium in arte habere, cujus extremam fiduciam, ſpem

quoque,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

quoque, metus conſumpſerat. Fruſtra æſtuantibus, quidam è recēte mortuorum plebe accurrit, qui jacentem complexus, Æſculapi, inquit, ſi huic ægro ope tua medicinam hic fecero, cras gallinaceum expecta. ſtatimq; grabatulo innixus, librum è ſacciperio depromit (De Burdonum familia Romæ ſcriptus eſſe putabatur) paginamq; ægro audiente unicam percurrit. qui continuo ipſam quoque animam vomitu ejicere parabat: niſi ſiſtere erumpentem valuiſſet, qui ceſſantem provocare non poterat. Alii ergo vim occultam & ignotam ſapientibus potentiam ſubeſſe judicabant: alii tædium & ineptam rerum iterationem cum prolixitate fatali & fanaticis digreſſionibus conjunctam, ſine nauſea ac vomitu legi non poſſe. quod &
Hippo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Hippocrati videbatur. cui clam in aurem reliquis tacentibus inſuſurrabat Menippus, Gallum nuper quēdam, quæ gens & ſcribendi brevitatem & legendi juxta impatientiam tenet, poſtquam ſemel librum inchoaſſet, totis ante ſex menſibus & diebus octo, ab amicis conclamatum fuiſſe, quam ad partem pervenire tertiam potuiſſet: alium quendam cum epiſtolam percurreret, qua in fronte operis liber principi committitur, & ingenti ambitu verborum mentis ordo involuitur, primo incircuitu orationis, cum nequicquam diu anhelaſſet, tandem expiraſſe. Alter certe voti damnas receſſit. Perluſtranti cuncta diligentius, manū injicit Mercurius, &, Amæa, inquit, Azeſiam invênit. Non ut in theatrum veniſti: aut ſequere, aut abi. Et cum dicto fores

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

proximas impellit, quæ potentis heri imperio paruerunt, recluſæque ſponte ſua admiſerunt intrantes. A veſtibulo non procul riſum omnibus idem ille exprimebat Menippus : qui conatu maximo, ut feſtinantes ſolent, dum elabi mortuorum turbæ, & in proximum irrumpere conclave nititur, nanum quendam vix ſeſquipede altiorem, Herculis cothurno intricatum pone attrahebat: qui modo cernuus aut ſupinus, modo capite aut cubito, corpore interdum toto terram feriret; & cum cauſam quæreremus, Stoïcum imitari ſe dicebat, glorioſum quendam hominem, qui dum quavis ratione ad famam contenderet, pedem in Lipſiano nuper poſuiſſet opere, amens an cæcus: nunc pro laude riſum invenire, aut cōtemptum. Vix ingreſſi, turbā promiſcuam videmus,

* *Vide Vitam.*

videmus, notos partim, partim ignotos: Gallos, Italos, Belgas, Britannos: quorum nemo Styga tranaverat, & adhuc cum Claudio in terris morabantur. Horum Genii vitæ rationem reddebant, & occulta quæque, quorum ſola nox conſcia eſſe poteſt, jubente ita judice, exponebant. Hic Hermetem Sacrinominem video, optimum & verboſum virum, Antonium item Analyticum, & nunc Deum Italorum, Apironidem; Venetos pleroſque aut Patavinos.

* Virg. lib. 6.

**Nec non & Tityum terræ omniparentis alumnum*
*Cernere erat, ------*

cui hodie Bononiæ, Joſephi Scaligeri gloria & divina virtus,

* Ibid.

**Immortale iecur tundit, fœcundaq; pœnis*
*Viſcera, rimaturq; epulis, habitatq; ſub alto*

Pectore

*Pectore, nec fibris requies datur ulla renatis.*

Sedebat ſeveriſſimus bipedum Æacus, & intento vultu percenſebat ſingulos. Quem ut vidit dux noſter, Iſthmum, inquit, ſinapi momordit. At ille, ſeveriore etiam quam dudum vultu, & terribiles illas attollens oculorum acies, Itane, ait, tandem adveniſti, bellum mancupium, quem jam totos hic dies tres deſideramus? At tu, ut tantiſper ſcilicet moram in cœlo neteres, Iovi fortaſſe Imperatori auream matulam præbuiſti, aut ſandalium Iunoni, aut peplum Veneri, * ὅν οἱ Χάριτες κάμον αὐτῇ, aut Majam in Atlante offendiſti, aut Athenis cum Herſe delicias feciſti, aut octoginta, ut nuper, placentas confeciſti, aut aliquid denique inter ſundum clepſiſti: nam & hæc

* *manus Charitū quem fecerat ipſa.*

&c hæc præclara tua ars eſt. Non impune tamen. Nam niſi hic extemplo dominam Aletheam ſiſtas, quæ in proxima taberna hic habet, ut è vulpione illo & eluco verum omne eruatur, periiſti. Et ſublato digito eundem innuebat, quem paulo ante Romæ videramus, ſed obſtipo capite, & deformi fuligine obſitum, ut ſophiſtæ ſolent, qui recenter è popinis emergunt. Juxta ſemiaridæ corollæ & attritæ poculorum anſæ jacebant; inſtrumenta olim artis, nunc, ut in talibus, voluptatis relliquiæ & fomenta doloris. Ipſe in olla ingenti ſedebat, caput exerens manuſque: ut cum aliquid dicendum eſſet, geſtu ſimul ac præclara oris dignitate cauſam adjuvaret: ſimul ut audiri à circumſtantibus poſſet. Diogeni hoc datum putabatur, quem in teſta doliari philoſophatum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

phatum eſſe ſatis conſtat: neque minus tamen vita anteacta dignum eſſe videbatur, ut ex hoc ſubſellio, in quo totos ſæpe dies hæſerat, nunc pro rebus ſuis ac fortunis ultimum intercederet. Fronte ſimul judicis ac voce tactus Argiphonta noſter, it redit, & ut curſim potuit, Aletheam adducit. Æacus vero moræ omnis impatiens, Optima, inquit, vicinarum, cujus numen neque fallere, & falli non poteſt, Seſquiulyſſem iſtum quem vides, naris emunctæ hominem, qui ſine duce ullo, fumum tantum & nidorem ſecutus, Romam uſque advenit, ejus nobis gentem, originem, vitamque expone. Sed ſine ambagibus, ut ſoles: mox nudabitur, & è corporis indicio ſententiam feremus. Alethea nihil admodum cunctāta, neque ſenſus more oratorum longius

arceſſens,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

arceſſens, ſed commiſſis leviter inter ſe digitis, prout dicturi ſolent, ita cœpit.

Pater Æace, voſque cæteri Dii Manes, origenem hujus ordinemque vitæ, præter me hodie plerique ignorant. Nam & ſola naſcenti adfui, & Lucinam invocavi, & fatale carmen excepi, & ſi vera loqui fas eſt, nihil hic celabo. Nam ut primum lucem uſurpavit, Atropos accurrens, *Puer*, inquit, *iſte Mercurio favente natus eſt: & ita me ſancta Laverna bene amet, uti hic dies Stoïcum nobis dabit. Certe*, inquit Clotho, *iſte ex ïjs eſt*,

* Queis cor Cleãthis ſtimulat inſanus furor.

* Οὓς ἡ Κλεάνθους μωρία βοη-
λατεῖ.

*Et quid cunctamur fata evolvere?*

*Non illum Aeacides, non illum*
*Martius Hector*
*Vinceret,*

*Vinceret, extantes patinis educere rhombos.*
*Concedent volucres, cedet genus omne ferarum*
*Impranſo: quoties vacua deprenſus ab alvo*
*Collectam rabiem, atque iram exercebit edendo,*
*Impatiens totas ventri debere placentas.*
*Non impune tamen ſeſe feret obvius illi*
*Paſtus aper glande iligna, vel tergora tauri*
*Fortis & indomiti, ſurgensq́ in cornua cervus.*
*Quantos ille virûm magna Mavortis in urbe*
*Siccabit calices! vel quas Tiberine videbis*

*Menſa-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*Menſarum ſtrages, & raptæ funera cœnæ.*

Vocem excepit Lacheſis, &, *Si Plato verum dicit*, inquit, *oportet hunc poëtam naſci: nemo enim majore unquam furore fores Muſarum pulſavit. Ac niſi quidem verſibus quotidie ſexcentis malum hoc evomat, aut elleboro curetur, nigram pituitam metuo.*

Et decreta quidem ſororum, ac fatale naſcentibus carmen audiviſtis. Cæterum ſolertiam illius & ingenium, ne vos quidem ignorare exiſtimo. Nam quid ego nunc reliquos doctrinæ ſapientiæq; commemorem? quid aut Epicteti lucernam, aut Cratetis pãnum, aut deſertam ſquallidamq; Anaxagoræ ſupellectilem recenſeam? quos fidiſſima rerum humanarum paupertas, ad ſandapilam uſque comitata eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

eſt. quorum prandia & cœnæ, cum ſale & aceto, ſine bono pulmento fuerunt. Primus Thales, uti aiunt, quæſtum è ſideribus fecit, qui cum magnam undique olei vim coëmiſſet, nitidiuſculum inde caput domum retulit. Alios agellus ſuus aut paternum prædiũ, aut prolixa regum liberalitas eduxit. ipſa vero ultra ſupercilium & barbam nihil unquam profecit ſapientia: neque quenquam beatum infelices illæ Cadmi filiæ fecerunt, quæ niſi ſe proſtituant quotidie, illocabiles domi. ſemper atque indotatæ ſedent. Iſte vero cum in porticu fruſtra aliquamdiu ſudaſſet, novam quæſtuariam invenit. Nam ſi quando ſe egere exiſtimat, * *lavere alveum marſupiis ſolet:* *Varro. neque cuiquam per hunc hactenus negligenti eſſe licuit. Pudet aliorum commemora-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

re facinora, cum in juventutem hujus intueor & rudimenta virtutum. Tot jam annos res Romana ſtetit, cum vix tres Feretrio Iovi Opima conſecrarunt. Iſte vero annos decem vix natus & quatuor, rebus Neagoræ turbatis, gladio ſeſe ultro accinxit cumque prædæ ſpes nulla eſſet, duci fortiſſimo, patri, ut putabatur tum, ſuo, torquem more gentis * aureis contextum nummis, ſubduxit : quem Priapo & Ventri Dis magnis conſecravit. Mox tribunus vapularis factus, cum ſævitiam paulatim patris mitigaſſet, ad Muſarum ſacra ſibi redeundum putavit. Ex hoc tempore veteris militiæ pertæſus, cum & incertam Martis aleam, & adverſos ſæpe caſus Stoïca quadam animi lance libraret, vela ſapienter contraxit Porro, ne omne tamẽ ſacramentum

* *Vide Vitam.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

tum ejeraret, arcas tantum oppugnare cœpit. Videbat quippe prudentiſſimus omnis memoriæ adoleſcens, ſolidam ejus rei laudem eſſe vix poſſe, cujus majorem ſibi fortuna partem vindicaret, quam virtus: neque gratiam plerunque aut fructum, ſed invidiam res geſtas comitari. Magnum quidem Alexandrum orbe ſubacto, inſidiis ſuorum & veneno ceſſiſſe. C. Iulium Cæſarem, rerum propemodum magnitudine Diis immortalibus æqualem, domeſtica conjuratione oppreſſum eſſe. Pyrrhum Epirotarum regem, unicum humanæ calamitatis & virtutis bellicæ exemplum, mulierculæ Argivæ manibus temere mactatum, miſericordiam ſui potius quam laudem poſteritati commendare. His exemplis admonitus, primum



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

artis ſuæ periculum in Giphania-
na domo dedit: cujus muſeum
miro ſtratagemate, præfecto ab-
ſente expugnavit: chartas libroſ-
que non armata vi ſed deditione
accepit. Quorum pauca quæ-
dam prædæ victori ceſſerunt: re-
liqua, ut minora, ſapienter negle-
xit. Iam de nobilitate cuiquam
dubium eſſe non poteſt: à Deu-
calione enim & Pyrrha oriundus
eſſe dicitur. Nam quod infans
eſſet cũ naſceretur, patrem ſuum
qui tum eſſet, meminiſſe ſe ne-
gat: cum præſertim & de matris
venuſtate multa ſæpe audiverit,
nec non à Telemacho pruden-
*Od. α. tiſſime dictum eſſe ſciat, * οὔπω
*patrem* τις ἑὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω. Inte-
*non no-*
*vit filius* rim homo ingenioſus patrem ad-
*unquam.* optavit. nam qui nunc eſt, chi-
rurgus an fuerit neſcio, certe ve-
ſpillo fuit,

*Πολ-

* Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς
Ἄϊδι προΐαψεν
Ἡρώων. ---------------

** Multasq; illuſtres animas dimiſit ad orcum Heroum.*

Quod & Achilles factitavit olim. mox æditᴜus & inſtitor, ex hoc genere hominum, qui in tergo peculium geſtant, neque domos cum Scythis, ſed fortunas ac vitam oſtiatim circumferre ſolent: paulo poſt actuarius; & ne ad ſummam dignitatem aliquid deeſſet, archilictor, & carnificum præfectus. Dum Noviforenſi tumultu, * Pancacus noſter, militarem præfecturam, jubēte ita ac volente fortuna, conſecutus eſt. Sororem ſine omni mala malitia fœminam eſſe perhibent, quæ ætatem ſuam publico condonavit olim: neque per hanc ſtare doctiores affirmant, quo minus hodie Platonis legibus utamur. Et hoc quidem nomine,

* ἐν δὲ διχοστασίῃ καὶ ὁ πάγκακος ἔμμορε τιμῆς.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

mine, multum ſe naturæ debe-
re exiſtimat. Quippe dum in gē-
te ſua neque * avum ullum inve-
nit nec proavum, & quod Stoï-
co in primis dignum eſt, ima-
gines contemnit

* Vide Vitam.

** Majorum, & ſtantes in curri-*
*bus AEmylianos,*

* Iuvenal.

in nobilitatem alienam inqui-
rit. Ita his diebus, Cæſari viro cla-
riſſimo, ſtatus cōtroverſiam mo-
viſſe dicitur, neque in Batavia ul-
los, niſi terræ filios, naſci exi-
ſtimat. Denique Othonem alte-
rum inveniſſe te ſcias: ſolus iſte
leges theatrales feret. Socratem
vero ita ſtudioſe ſecutus eſt, ut
in carcerem divertere nuper vo-
luerit: ubi minus longe à gaba-
lo, quam à veneno abfuiſſe pu-
tatur. Hanc illius * ἀποθέωσιν
Antenoridæ propemodum vi-
derunt: quod niſi amici interceſ-
ſiſſent, myrmillo ille retia-
rium

* in Deos relationem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

rium invenerat; antagoniſtam robuſtum, qui non rete jaculo, ſed immani reſte colla parum comiter involvit. Iam ad vitæ delicias & elegantias venio, quas à nemine ignorari publice intereſſe exiſtimo. Nemo hodie quiſquam, hoc excepto, rite Priapo facit. Nemo ita ceremonias illius Dei callet & leges, ut non omnia præ iſto neſcire videatur. Quin & Ithyphallica, & Phallagogia, & Baubonis ſacra, & Phanetis myſteria, & id genus alia, quæ licentia verborum peraguntur, neque profanorum admittunt verecundiam, nugas credo fuiſſe maximas, præ quæ ille nunc facit. plane ut Stoïcorum legem agnoſcas, * ὁ σοφὸς εὐθυῤῥήμων ἔςω. Nam & de * *conto pedali, & antiquis pædicationibus, & obſcenis pilationibus, & foſſati ſpatio*, & ſi quid

** ſapiens ſine circuitu omnia efferat.*

**In Priapeiis, de quibus vitam vide.*

præterea uſquam eſt, quod ne honeſte quidem accuſari poteſt, multa luculenter commentavit. Sed quo ego nunc flagitio præcipuum iſtius facinus, quod ſupra omnia Miltiadis trophæa eſt, omitto? Annum enim plus minus viceſimum ac tertium ingreſſus, cum non in porticu, ſed Priapi ſui hortis obambularet, plane inuſitata comitate univerſũ fœminarum ſexum devinxit: quod ex ipſo licet recognoſcas. Et cum dicto librum promit, ſimulque aſtantibus hæc voce ſatis tinnula percurrit:

*Verba Sciopp. Suſpect. Lect. lib. 3 pag. 184. & 185. Et Priap. p. 69 &c.*

* *Iupiter Diiq; cæteri facinus maximum cluent feciſſe, quod Pelopi humerum eburneũ reſtituerint, nugas maximas fuiſſe reor, præut ego nunc*

*nunc ſequiori ſexui, mulieribus, inquam, id reſtitui quo ſunt, quod ſunt; * cunnum ſcilicet, quo nunc ſæcula aliquot culo contentæ caruerunt. Ante enim nullo ſenſu hic culo legebatur, etiam in Schaligeri editione. Equidem magnas & modo non ingentes à fœminis gratias hac mea tam comi opera iniviſſe confido.* *Vah!

Interrupit ſermonem ex aſtantibus aliquis, &, Miſerrimas vero fœminas, inquit, quæ ſine fundo & patrimonio tam diu oberrarunt. Actum erat de humano genere, niſi Venus & bo-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

næ Genetyllides Iovem hunc indulſiſſent alterum, cujus providentia umbilicum non excedit. Sed vero, iſte aut inſanit, aut verſus facit. Nam nec matrem ejus nec ſororem parte illa quiſquam carere credidit: quæ vix alio peculio inſtructà, familiares ſumptus toleravit: neque iſte hæc ignorare poteſt, qui, ſi vera loqui volumus, Veneriis ſtipendiis eductus eſt; plane ut Dioneum nepotulum, & albulum Cupidinis columbum agnoſcas: quem fata & Stoïcorum Pronœa in hoc ſervavit, uti eſſet qui videret ne quid detrimenti venter puellarum caperet, & de urinariis ſiphonibus legem ferret ædilis novus. Ac nobiliſſimam quidem ejus parentem Haſſia eduxit, ſingulare matronarum decus. quæ cum amatorem ſuum in Pannoniam ſecuta eſſet, po-
ſtridie

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ſtridie quam funus defuncto fecit, nuptias cum hujus parente celebravit. Ita ſola niſi diem non luxit, & plus una nocte vidua ne eſſet, ſponſa cujuſvis fieri maluit. Nunc in * Swandiano molendino à fortiſſimo marito exercetur, * qui interea ancillas ſuas operis nocturnis occupatas habet, & ne ulla temporis pars pereat, legis Atticæ beneficio utitur: quæ ſapienter monet, * γαμεῖν μὲν ἀστὴν μίαν, παιδοποιεῖν ἢ καὶ ἐξ ἑτέρας. Digna hac parente ſoror, * profugo marito, corpus vulgavit, & cum gravida è conplexu carceri emancipata eſſet, Clœliam imitata, vincula perrupit: ita in Auſtriam comite pudicitia pervenit. Iſte vero cum non raro apud Platonem legiſſet, * τὸ εἰδέναι τὴν ἀρχὴν τὸ ἀπορεῖν εἶναι, primum de

** cujus meminit in epiſt. ad patr. quadam.*

** Vide Vitam.*

** unam quandem civem eſſe ducendã. ſed & ex aliis procreari liberos licere.*

** Vide Vatam.*

** principium ſcientiæ dubitationem eſſe.*

avo ac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

avo ac proavo, mox de patre dubitare cœpit. Memini enim Ingolſtadii ex eo audiviſſe, ſe cum natus nondum eſſet, neque parum tamen ſaperet, & per materni tubum uteri, illa inſcia atque ignorante cuncta clam obſervaret, ibi honeſtiſſimã matronam viro tum abſente, cum Munſtero quodam equite Francone conſueviſſe: nunc * ἀναμνήσει Pythagorica id ſibi in mentem venire. Ex hoc die, nemo audiente illo, niſi honeſtiſſime de Priamo locutus eſt, nemo Achillem Hectori præferre auſus fuit: ne de Trojanorum gente aut ïulæa ſtirpe, cum ignominia ejus, quicquam detrahere videretur. cujus ille fatum ſæpe ac interitum deplorare ſolet. Æacus vultum aſſeverans, Agimus hoc an non inquit: jam quidem iſtum nudatũ oportuit, ut ſi quid occul-

* *remi-niſcentia.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

occultum tegat, in tergo legatur. Faxo enim Ilienſis tragœdos conduxerit, & qui actor huc venerat, reus non tantum non abeat. Atque adeo, quid cunctamur? I lictor veſtem diripe. Et in verbo, homo craſſus ac validus lacernam tollit.

* Αὐτὰρ ὁ γυμνώθη ῥακέων πολύμητις Ὀδυσσεύς.

**Exutis ſubito pannis ſtetit acer Vlyſſes.*

quanvis fruſtra luctaretur, & ſæpe, ubi Porciæ, ubi Semproniæ leges eſſent inclamaret. Se & civem Romanum eſſe, neque nuper adeo in urbem veniſſe. Æacus ſubridens, Mea, inquit, cauſa vel Thrax eſto vel Appulus. Legem quidem nemo fert huc ſed accipit: neque ullum eſſe jus memento, quod non Acheronte terminetur. Strophis vero & id genus vernilitatibus, ibi locũ non eſſe, ubi ne Deorum quidem quiſquam impune pejeraret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ret. Quare verum diceret, niſi audire malle. Accepit vocem Alethea, & ad Æacum converſa, Civis quidem iſte Romanus, inquit, natus in Franconia eſt, & ſuperioribus diebus cum Germanus eſſe nollet, fieri Hiſpanus non potuit. cras vero, ſi ſpes lucri affulſerit, Gaditanus erit aut Scytha. Trecenta vero ſunt præclara facinora, quæ nunquam fecit. Nam ut reliqua omittam, inter patinas quidem certe Hectorem imitatus eſt, nunquam ab. Ilio receſſit. Deum poſtremo vides, non hominem: ex eorum numero quos * κοιλιοδαίμονας Græci vocant. qui niſi fame extinguantur aut morbo, ſemper vivuut.

** Vide Athen.*

* Τοὔνεκα δαίμονές εἰσι ϗ ἀθάνατοι καλέονται.

** Atque ideo Dii Sunt, immortaleſque vocãtur.*

Experiar, inquit, Æacus, & Heus tu, li-

tu, lictori innuens, cætera ocyus detrahe, & huc tergum obverte. Dictum factum: rem miram & inuſitatam protenus videmus. Nam qua dorſi planities intercapedines coſtarum colligit, & à collo uſque ad ſacri oſſis ambitum, ſpatium ingens protenditur, omnia notis quibuſdã compuncta erant; nec obſcuris quidem illis aut fortuitis, ſed quarum aliæ aſperæ, aliæ hamatæ, aliæ leves eſſent. plane ut Epicteti primordia diceres. Furtim è conclavi animarum Menippus ſubrepſerat, ac venienti adhæſerat Mercurio, quem Deorum adhibere ſæpe epulis ſolebat, cũ immenſa rerum humanarũ mole feſſus Iupiter, curas hilari hilaritate mergeret, & agreſte illud ſupercilium, quo movere terras ac mare dicitur, remittere non nihil nefas non putaret: qui accedens,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

accedens,membra ſingula inſpi-
cere ac contrectare tanquam in
cataſta cœpit, & cum factum
nemo improbaret, comica dica-
citate, Mercimonium, Dii boni,
inquit, non malum! vel ut cum
**Vide Laërt.* Epicuro olim tuo aliquid * ex-
clamẽ, Παιὰν ἄναξ, noſter Stoi-
ce, næ bellus homo es & robu-
ſtus? Manus ungulatæ pulchre
& viſcoſæ, quicquid attigerunt
tenent. tergum lepide cicatrico-
**ſine alphabeto.* ſum, neque * ἀναλφάβητον eſt.
puto tabulas Parcarum aut A-
draſteæ libros compilaſti. pedes
**Vide Hiſt. Rom.* ad curſuram facti. tum * Lucre-
tius Veſpillo parens tuus, qui
cum Orco ſolet rationem pone-
re, & ingentes ſæpe octo validis
*Vide Vitam.* latronibus compedes impegit,
hiſcere mecaſtor ne auſit quidẽ,
**Plaut. Milit.* * *Neque æquiparare ſuas virtutes ad tuas.*

Sed æſtive admodum mehercu-
les.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

les. & hoc cœlum vides. neque more tuo credo jam facis, ut jucundo balneæ tepore cœnulam antevertas, & ſororem tuam Famem, ultro tamen venientem, occupandam eſſe judices. Cave tamen foris hodie promittas, aut in quæſtione mox ſuas, & ut tempori adeſſe poſſis etiam atque etiam vide. Hominem quippe contra adſtitiſſe intelligo, Iovis & Æginæ filium, qui virgarum condimentis & pugnorum ferculis, latus iſtud tibi lautum & elixum dabit. ne tu cuiquam ſupplicandum cenſeas. Æacus homo iracundus, Tergum quidem, inquit, literatum videtis. Sed ô Phlegethon, & Cocyte, & Echidnæ infernales, & triceps bellua, & Tarteſſiæ murænæ, & Tithraſiæ Gorgones, quid hoc monſtri eſt, aut quæ hoc tellus piaculum eduxit? Video

deo mendacia, calumnias, plagia, furta, cætera, ὅση κόνις. Quæro cujus primum chlamyde Romam perveneris? cujus machæram uſuceperis, quem vero literas, magne imperator, docueris? cujus judicio omnes hodie ſunt Grammatici, quotquot ſycophantæ non ſunt, aut ſunt eruditi. Quæro, quando Giphanii chartas involaris? Cujus in culina primum ἐθερμώθης? Nam, ita me Iupiter bene amet, *cujus olim fulmini oppedere te memini, donec fulguritus, terræ propudium, & * ἐμβρόντητος obambulaſti, *ut nec affinem tuum Iſidis adulterum, æque obbrutuiſſe exiſtimo, cum juvencam ſororis tuæ pellicem iniret, ut te omnium teterrima bellua Roma nobis immutatum dedit. Nam, per omnes Deos, quæro, quæ

*Vide Vitam.*

*tonitru percuſſus*

*Vide Vitam.*

quæ te Circe excantarit ? cujus oſſe & cibo conductus, Ioſephum Scaligerum, Deum olim, nunc vix hominem exiſtimaris eſſe?Iſaaci Caſauboni, * *admirabilem in omni honeſta diſciplina perfectionem* , ſæpe prædicaris, nunc literionem eſſe arbitreris? Dii te eradicent, niſi illos jam prævertam, & hic ex te Deum effecero qualem ſemper credidiſti ; ſine capite & præputio. Sed tamen nunc hoc primum ex te quæram.

** Verſim. ep.9.*

*Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε, κόπροις εἰλυμένε ὤμους,*

** Iupiter omnipotens, humeros circumlite limo Orph.*

utrumne aliquem tui eſſe ſimilem exiſtimes, poſtquam ad ocymum & maluam rediiſti, aut de paſſerum felicitate ſentẽtiam dixiſti? Atq; adeo, quãdoquidẽ ad interdictũ venit, operæ eſt, ut ex ore

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ore hominis graviſſimi rem ipſam audiamus. niſi mavis tibi pultem illam excuti, quam propridie adhuc calidam voraſti. Vos audite pliloſophum, & togam componite.

* Ex Priapeiis. p. 63.

* *Cum Ingolſtadii agerem, vidi è regione muſei mei paſſerem coitum vicies repetentem, & inde adeo ad languorem datum, ut avolaturus in terram decideret. En ſortem iniquam! Hoc paſſeribus datum, negatum hominibus! Næ qui facinus hujuſmodi imitari auſit, faxim ut Picos, qui aureos*

*montes*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*montes colunt, divitiis ille ſolus ſuperet!*

Menippus ſolitæ dicacitatis memor, vultu nugatorium in morem graviter compoſito, Nemo poſthac, inquit, de felicitate diſputabit, quæ in centro fœminarum hactenus delituit. Nam ni Iupiter Optimus Maximus paſſerum proſapiam condidiſſet, nemo hodie Æneadis beatior eſſet, ubi Cleanthes noſter ſedem ſuam fixit, ut judicio ſibi ſuo felix eſſet. Nunc quia nemo vicies repetere opus poteſt, & uxorem ſuam una nocte demereri toties, quot Vlyſſes exulaſſe annos creditur, * aut ancillas pater hujus, matre abſente domi inclinare ſolet, nemo felix, nemo dives eſt. Ita Scævolæ videtur. Et mehercules, videre

** Vide Vitam.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

dere mihi nunc videor, Promethea, filiorum Iapeti alterum, quem ego aſinum tantum dormitaſſe credo, cum è luto hominem formaret, aut egiſſe quidvis potius; dignum ea ferula profectò, qua tam ſcite ignem è cœlo ſubduxit, quam tu chartas aliorum è forulis & arcis. Saltem cum irati rabiem leonis ſtomacho noſtro addidit, jecori quoque aliquid de ſalacitate paſſerum addidiſſet. Sed audivi ſæpe, præter negligentiam viri, totos dies in tabernis Deorum & pilis; cum Titanum progenie, potare ſolitum: ac tum forte, pridie Calendas Græcas, propridie quam orbis eſſet, nectare multo ebrium ac madulſum, ad opus inconſulto Amore acceſſiſſe, qui conciliandis Cœli nuptiis vacabat. Iovis quoque Polme
miſeret,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

miſeret, qui niſi cauſam ſuam approbare huic poſſit, quod per adminiſtrum tantam rem egerit, ad Gigantes deveniſſe nos video; duce te præſertim, tam robuſto terræ filio, qui jam dudum Dîs inferre bellum didiciſti. Felicem vero paſſerem, qui vidente viro tanto atque inſpectāte, inter Venereos amplexus, & Priapi occupationes, ſerio expiravit. Cujus nunc

*Animula vagula, blandula,*

bivit in loca

*Pallidula, rigida, nudula.*

Multo Solonis Tello beatior, aut is omnibus,

*Quos ante ora patrum Troiæ ſub*
*mœnibus altis*
*Contigit oppetere.* --------

Sed vero ferreum te & plane a familia dignum, quæ dolorem non admittit, qui ne

præficam

præficam quidem obolo conduxiſti, aut leſſum τῷ μακαρίτῃ * feciſti. poteras aliquem ex jambis tuis * δὶς διὰ πασῶν χωλεύοντα dediſſe, qui nullo negotio & aliud agenti tibi ſolent excidere: ne aliorum ſemper ineptias audiamus. Nimium elegantiarum tuarum parcus promus es. Non laudo. Æacus aſperiore aliquanto vultu, quam dudum, Nugarum inquit ſatis eſt. *Nunc enim demum mihi animus ardet, nunc meum cor cumulatur ira.* Ocyus reſponde, *Quis genus? unde domo?* Quis Ingolſtadii fuiſti? ſimulque propius accedens, hæc in tergo omnibus demonſtrat: * G. S. A *Munſter*. FVIMVS TROES. & cum riſus omnium exortus eſſet, rurſus ibi tum Menippus, Dii te, inquit, ſervent Priami nepotum ultime. Hectorem

*beatæ memoriæ.*

*bis per omnes claudicantem.*

*quæ totidem literis in amicorũ liberis notabat.*

*Vide Vitam.*

Hectorem quidem magnum patruum tuum, virum fuiſſe fortẽ ſæpe audivi. ſed ſcin matrem abaviæ tuæ Hecubam, *quapropter canem eſſe Graii prædicabant?*

* *Quia idem faciebat, quod tu nunc facis,*
*Omnia mala ingerebat, quenquam aſpexerat,*
*Itaque adeo iure cœpta appellari eſt canis.*

* *Plaut. Menech.*

Caſſandræ quoque, uti tibi, nemo unquam credidit: ita Phœbo auctore demẽtatis ambo. Ganymedem vero meminiſti, pullum Iovis, quotumo ad cœlum die pervenerit? aut quot Paris olim Menelao ſcyphos cum uxore ſubduxerit? quem ut te itidem poliorceten celeberrimum fuiſſe audio: qui non ſcorpione aut baliſta rem gereret, ſed urbanitate quadam Promethea, clauſtra hoſpitis & ſeras expugnaret.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Antenorem autem, ſinus Illyricos & Hadriæ intima penetraſſe: atque ibi* patriam tuam, Venetorum carcerem, condidiſſe. De Laomedōte vero generis auctore magis mirum eſt, quem duobus Diis manum adiiſſe lepide commemorant. cujus tu perjuriorum hæres pedem huc tuliſti, ut exemplis hodie omnibus perires. Æacus nihil admodum dicacitate iſta delinitus, Furias adſiſtere utrinque jubet, & injecta manu, ut effugiendi neque ſpes neque copia eſſet, Age, inquit, hiſtrio, perſonam exue, ſat larvarum eſt. Cur Munſterus dici voluiſti? cur in alienam male feriatus gentem irrepſiſti, ſoloque matris adulterio nobilitatem tuam probaſti? cur vero aliis mentis tuæ ſcelus atrox intentaſti, & delictorum conſcientia gravis, in Ioſephum Scaligerum

* *Vide Vitam.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ligerum facinus tuum evomuiſti? Quid moraris, quid expalluiſti bellua, & furtivos illos oculos huc atque illuc jacis? Nihil hic prædæ eſt prædatoribus, nullus hic arti tuæ locus eſt. Canis triceps limen obſidet, ſolido adamante innituntur fores. Sed ne evades quidem,

*Quem toties Phlegethon ambit*
*ferventibus undis,*
*Et iurata Deis Styx interfuſa coërcet.*
*Cocytique lacus, & ſemper flebilis unda.*
*Pœnarum hic locus eſt, hæc nigri regia Ditis,*
*Hæc nunquam inſontes admittunt littora manes.*

Et ſi ſcire vis quo deveneris; fumum aſpice. Non delicatum illum quidem, quo te oblecta-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

tum olim memini, cum optime de aliena menſa ſperares : ſed quem ſulphurea Acherontis unda, Dîs irata atque hominibus, eructat. Verum enimvero, quod ſupplicii genus ſatis eſt, aut quæ pœnæ ſpecies hujus ſceleri atque iræ noſtræ par erit?

*Caucaſea volucris, & recedentes aquæ,*
*Et quæ perennem poma deludunt famem,*
*Summoque demum monte revolutus lapis,*
*Et in dolorem ſemper accreſcens (jecur,*
*Eademque ſæva nixus Ixion rota*
*Fugiens ſequenſque: caſſaque urnarum fides,*
*Mendaxque fundus, & fatigatæ manus,*
*Pœnæq; quicquid ſpectat infernæ Stygis:*
*Vel horret unda, pandat irato viam.*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Quin potius omnibus cenſendi jus eſto. magna res agitur. profuturum ſæculis exemplum quæritur, & quod ſeri ſpectent metuantque nepotes. Placuit libertas omnibus : & continuo ex aſtantibus aliquis, Pelopis, inquit, patrem imitari placet, ſed feſtiva prorſus lege. Ajunt * ſcriblitæ quoddam genus eſſe, *Vnaiſ- lacte, caſeo, & herbis ſuaviter ta. conditæ, quo impenſe delectari ſolet, cum ſuperbo dente faſtidiret cætera, & proterve multa præteriret. Hoc eſurienti oſtendatur ſemper, ut Tantalico more famem ore ſicco concoquat, & delicias ſuas videat infelix amator. Neque illepida res viſa eſt omnibus. Verum vicinus quidam, homo canus & ſeverior paululum, Tantalum, inquit, & creſcentem fibram, & revolutam petram, & quæcunque



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Græculi cum domi cæcutiant, apud inferos viderunt, nemo jã credit, niſi qui Empuſam adhuc aut Lamiam timere poteſt. Novo ſupplicio opus eſt. Aliis ergo Melanthii pœna placuit, uti nihili inteſtabiliſque fieret, & crepundia ſuſpenderentur hortorum Deo: aut quod Homerus maluit, canibus dilanianda temere ibidem in via relinquerentur. Et hunc Cerberum videtis, quidam è turba addebat, diligentem hercle cuſtodem, cujus inteſtina fame latrant, guttur obmuteſcit: bene ei fieri aliquid jus atque æquum eſt. Neque id unum. Sed cum Theſea, inclytũ olim Athenarum conditorem, nunc violatæ inferorum majeſtatis reum, omnes ſciamus, voce & exemplo commonere * Phlegyas, uti juſtitiæ incumbant, numen Deorum inſuper habere deſinant; placet hunc

* Virg. 26.

hunc quoque, geminis gemellis privatum, fide ut quiſquam optima, Caucaſo affigi; inde ſublimi è loco, tanquam pro tribunali, ventris calamitatem manu deſignantem, voce contenta hæc per umbras teſtari:

*Οὐκ ἀρετᾷ κακὰ ἔργα· δικαιοσύνη μέγ᾽ ἀμείνων.
Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους
φύσει, ἐπεὶ δὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπε,
οὐδ᾽ ἀναθηλήσει· περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε
φύλλά τε καὶ φλοιόν.

*Homer.*
** Nil juvat improbitas: longe eſt tutiſſima virtus. Per ſceptrum hoc, nullos quod poſt hæc tempora ramos Exeret aut frondes, poſtquam alto in monte reciſum eſt, Nec revireſcet enim, poſtquam illi brachia ferrum Abſtulit, & folia.*

Alii Munſterorum familiæ dedendum cenſent, ut latrinam eorum lavet, & quandoquidem imperare didicit,

*———— * illa ſe iactet in aulæ*
*AEolus, & clauſo ventorum car-*
*cere regnet,*

qui ab occidente ſpirant; homo profanus, & qui more Stoïcorum inter * ructum hactenus & crepitum nihil intereſſe putavit. Alter quidam, Capitalis inquit vir ingenii eſt, adeo prudenter cavere videtur, ne grammaticus videri poſſit, cum de ſyllabis * liticulas movere ſolet. Placet Palæmoni aut Orbilio tradatur, quorum virgis hic & ferulis Promethei inſtar lancinetur, & ne malo unquam defungatur, pœnam luat ſemper, & ſuperſit ſibi. Itum eſt à pleriſque pedibus in hanc ſententiam, & inclinatio aliqua animorum ſecuta eſt. Vnus modo, qui cum magnas ſæpe res inter promptuariam & focum geſſerat, mitius agendum judicabat: neque enim me-

** Virg. Æneid. 1.*

** Vide Ciceron. epiſt. ad Patum.*

** Alluſum ad vocem* liticularum, *cujus ſyllabam ſecundam perperam à Scaligero produci notat, parũ illius memor,* curata cuticula ſole.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

rita hominis obliterari æquum eſſe. Et hic, inquit, ille eſt, qui pro Epicuro, viro minime malo, ſed quem nemo jam reſpiciebat, * cauſam fortiter dixit: & eundem tam feliciter in menſa ſecutus eſt, quam Zenonem in ſcriptis. Tum vero omnium philoſophorum, qui in urbem pedem intulerunt unquam, primus Quirinalia produxit, & ſtultorum ferias toto anno celebrari poſſe docuit. nunquam enim ex quo natus eſt ſperare deſiit. Ita res aliquamdiu hæſit. Donec Francus quidam, qui ab ineunte ætate ſuaviter cum eo vixiſſe dicebatur, conpellare cœpit Æacum, &, Vin, tu, inquit, lepide monenti credere? Iube patrem ſuum quærat. Arriſit Æacus, &, Placet inventum, ait: vos vero qui hoc cenſetis, illuc tranſite, qui alia omnia, in hanc partem. Et

** In Stoïca philoſophia.*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

cum de aſſenſu omnium conſtaret, Duas ergo, inquit, Eleuſine tædas huc adferri myſticas placet, quibus Ceres olim orbē terrarum peragravit, ne dignus fabula ſpectator deſit, Iulium Scaligerum ex heroum familia huc aliquis vocato: cujus iſte manes inaudita linguæ petulantia violare nuper auſus eſt. Vix hæc dixerat, Cæſar adeſſe nunciatur, & acceſſit profecto; homo torvus & procerus, ac irarum plenus.

*Non qualis levibus cum iungeret*
*ocia Muſis,*
*Et cœli ſpatium, pulchroſque inquireret orbes;*
*Occultas rerum ſeries: quibus ignibus æther*
*Ardeat, & quantum refluus ſubſederit humor.*
*Quo tantum Oceanus vicinas ſidere gentes*

*terreat,*

*Terreat, & rurſus vetitis ſe contrahat undis,*
*Littore deſcriptas metuens perrumpere metas.*
*Sed qualis trepidum premeret cum fervidus agmen*
*Hoſtibus incumbens lætoq; arderet honore,*
*Et totas animo ſpes concepiſſet avorum,*
*Et regnum Verona tuum. Sub pondere tanto*
*Horruit, & lato tellus diſceſſit hiatu.*

Scurra venientē ut vidit, ore eo loqui cœpit, quo nemini maledixit unquam, & immane quantū pepedit. Timoris hoc indiciū eſſe aiunt. Nemo certe intelligebat an Italice loqueretur: ita totas cum vocibus ſyllabas devorabat. Cæſar quaqua vorſum ibat ſola vultus majeſtate longe omnes lateq; in ſtuporem dabat, neque quiſquā dubitabat, quin ſi acceſſiſſet propius, farctū ex ſycophāta facere

facere potuiſſet, cujus inſanias omnes ac minacias unico intuitu difflabat. Et jam furtim evadere parabat, neque minus paſſibus duobus proceſſerat, gravis vinculorum pondere & metu, ut qui fruſtra in ſomnis luctantur, & in ipſo conatu ſubſiſtunt: cum deſubito occurrit illi homo ſine pedibus & brachiis, ad exemplum Hermarum factus; teres alibi aut quadratus. qui ſine capite multa loqui parabat, & obſcure admodum, Ego, inquit, Lagarus Mejuri ſum filius, cui parens tuus, ſummus Libitinæ ſacerdos, * nocte intempeſta partem ſui ferro abſtulit, & pro homine, ut vides, truncum hunc mortuorum addidit familiæ. Ita venientem ad ſe Orcus recipere noluit. nunc Metacoſmia incolo. Vrbs eſt quam Gargettius quidam, tui meique non diſſimilis,

* *Vide Vitam.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

lis, homo ſine cerebro olim condidit. Ei Acephalus præeſt, audaciſſimus Gigantum, qui nec ſomnum unquam vidit oculis, neque cibum ex quo natus eſt ore admiſiſſe dicitur; ex antiqua Amaurorum ſtirpe. Conjux illi eſt Colobe, cui niſi lacte avium, aut muſcarum jecore, nemo rem divinam fecit unquam. Nunc huc ſequere, & auctorem gentis tuæ agnoſce. Intentis ergo in rem tantam omnibus, putrem carie tabellam è paſceolo depromit (vatis Cumææ eſſe archetypum credidi) cujus in ſiniſtro vultu, exoleto ſatis, & non nuſquam fugiente oculos aut eludente literarũ ductu, exarata hæc erant.

VTIS REX SCIOPIÆ,
MEDEMIA TENEBRIONVM REGINA
H. I. L. M. P.

parte

parte altera duos hunc in modum verſus Græca facundia exhibebat, quos clariſſimus Senator Agnoſtus, ex eorum numero quos Amphictyonas dicunt, Delphis reſpondenti Pythiæ ſublegerat,

*Οὖτις πωλοδάμης πρωτο-
σπόρος ἐστὶ γενέθλης,
Μηδεμίη τ' ἄλοχος. τούτων δέ
σέ φημι γενέσθαι.

* *Vitis equûm domitor certus tibi ſanguinis auctor, Medemieque: hinc ſunt generis primordia veſtri.*

Dum hæc curioſis paulatim oculis devoramus, & adoleſcentem minime ignavum, genti ſuæ reſtitutum eſſe omnes gaudemus, ipſi quoque ex horrore tanto, ut ſecundis in rebus & benigna fortunæ prolixitate, adlubeſcere cœpiſſet, quanvis ſub tutela lictorum adhuc & præſidio, ecce tibi fores ſubito pulſari, & ingenti fremitu moveri proxima: admiran-

mirantibus ſingulis, tabellarius adveniſſe Noriberga dicitur, qui ut primum admiſſus eſt, Hominem ſine tribu, inquit, & familia hic quæro, perniciem macelli & tempeſtatem amphorarum, cui Baronius ex aſſe * τὸ κλαίειν, Madrucius præter diaria ad dies quadraginta, ne veſtem quidem atram qua lugeret multum indignanti reliquit: ejus parẽtis nunc extincti totam hic hæreditatem fero. Hic res lepidiſſima evenit, quippe dum de pœna diſputatur, & ſententiarum colliguntur ordines, paululum Menippus ſeceſſerat, & in viæ conquiniſcens, more Cynicorum, obdormierat: qui tum ſive rei penitus ignarus, ſive ut dormitantes ſolent, vetera adhuc cogitans, & quæ ante dudum geſta fuerant, memoria percurrens, hominem advenientẽ ut vidit, voce maxima exclamans,

* plorare



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Stoïcus, inquit, foris hodie non cœnat, opera hunc in diem vocata eſt. tum vero aliud ex ſe majus habet quod agat: nam de gravitatis principatu cum hoc Æaco contendit. Cras autem.

*Cum prima lucem Memnonis vehet parens:*
*Diem propinans flammeum mortalibus,*
*Ploſtrumque Phœbes, ſiderumque deſinet*
*Micare cœlo ludibunda natio,*

Amphitheatrũ ſtabit hic in proximo. jam arenæ locus deſignatus eſt & caveæ. Paſſeres enim duo gemini ictibus Venereis concurrent. Huic intereſſe cogitur ſpectaculo. Gradũ ego illi decimum ſervari & quartum juſſi, ut equeſtri dignitati ſuus honos conſtet, quæ nunc vulgo turbari video; peſſimo exemplo & more. Iam perendino autem die Mars in aurem tria verba Veneri dicturus eſt:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

eſt: ex hoc illi concha dolebit. quamvis enim pumila & puſilla fœmina eſt. Huic primum prævorti oportebit. neque quiſquam jam in cœlo rerum harum gnarus eſt. Vbi hæc abſceſſerit moleſtia, judicium illi eſt ſyllabarium: litera literam ejecit, & in ejus locum vi ſucceſſit haud precario. ei nunc rei ſine populi ſuffragio arbiter electus eſt. Sextus dies datus eſt Priapo, ſeptimo Lavernam colit. Liber nundinale ſacrum poſcit, decimo elleboro curatur, aut aduſtam bilem vomit. nunc aſſiſtunt illi validi lictores duo, quibus ejus tergo cõvento opus eſſe video, vix ut intereſſe rei poſſit culinariæ. Obſtupuit primum ad hoc ſchema, homo adventicius, mox collecto paulum animo, laqueum, ut juſſus erat, cum his tradit literis.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

# V. ILLVSTRI
# G. S. AMVNSTER,
patritio Romano,
culinæ Baronianæ ex-
præfecto,
Nephelococcugiæ
epiſcopo,
Paulus Miſoſycophan-
tes Noribergenſis
* εὖ ἐσθίειν.

** bene edere.*

*SI vales, male eſt bonis omnibus. Scito patrem tuum his diebus ſalvum * hinc ad Acherontem perveniſſe; ſed fraudata prius re communi, ut clariſſimum præfectum decet. Reus huius criminis, publico hanc pœnam debet. * Laqueo indutus, curiam quotannis adit, ut ſpectante populo, reſtis precium perſolvat. Quare veni, ut paternam adeas hæreditatem. è qua nil relictum tibi eſſe vides, niſi quo te hodie ſuſpendas. Vale, & memento in menſa,*

** à Palatinatu propinquo.*

** Mos Noribergenſium, in vindicanda fraude publica.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*menſa,* * Αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων. *Noribergæ, pridie Dionyſiorum, anno poſt reſtituta ope tua fœminarum naturalia X & uno.*

** Rem pulchre gerere, atque aliis excellere cunctis.*

Æacus diu admodum ſubſiſtens, & attonito vultu circumſtantes intuens, mox deinde aurem ſcalpens alteram, & amarum ſubridens, Amici, inquit,

*Ὡς εὐκόλως πίπτουσιν αἱ
λαμπραὶ τύχαι.

** Vt fors ſecunda ſæpe leniter cadit?*

Laneos profecto pedes Dii habent. Sed enimvero reſtem aliquis actutũ collo indue, & Torquatũ huc iſtum adduce, quem, niſi me Dii omnes oderint, Corvinũ hic extemplo faciam. Et ne mora ſit in facto, gabalũ aliquis more antiquorum erige: ut ſine

equo & calcaribus iſte è quatuordecim eat in crucem. Sed Bohemus quidam, qui cum Romæ diu fuiſſe putabatur, Laqueo, inquit, olim ſtrangulare, fortuîtum erat, & vel arbor ſufficere, vel trabs ſolebat; non oportet ſine apparatu artificem perire tantum, * quem in cruce antiquorum cum amico indaganda, annos tres poſuiſſe memini. Lipſii quidem certe, niſi per ludum & jocum, meminiſſe non ſolet. Et quandoquidem ludibrium pœnæ præmitti mos poſtulat, placet ab ipſo crucem fabricari: cujus formam ac modũ vix mille hodie noverunt. Nec diſplicuit conſilium Æaco, & ne ligna architecto deſint, duos qui tum forte proximi aſtabant, in vicinam ſylvam ablegat.

* *Vide Vitam.*

*Eſt nemus antiquum, primos ubi colligit amnes*
*Phœbo intacta palus, Stygioque in gurgite*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*gurgite Porthmeus*
*Orantes animas adverſo in littore ſiſtit.*
*Qua primum miſeros terret cuſtodia manes,*
*Et vix admiſſas allatrat Cerberus umbras.*
*Nox æterna tenet: noctis tenebrisq;*
*ſuiſque*
*Horret, & erepta geminantur luce tenebræ.*
*Non illic ſalices, non gratæ vitibus ulmi,*
*Non lauri fragiles, lædendave frigore myrtus,*
*Aut quam Cecropiæ primum vidiſtis Athenæ,*
*Nec diffuſa ſuas protendunt robora palmas;*
*Sed buxi ſteriles, & non rediturae ſub auras*
*Cupreſſus ſucciſa ſemel, ſed noxia taxus,*
*Cui non fas ullos volucri committere fœtus.*

*Illic*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*Illic Eumenides fama eſt errare ſorores,*
*Et fletu terrere diem, gemituq́ nefando,*
*Vel lethum populis, vel certum indicere bellum.*
*Huc iter eſt. illinc ſuccifis undique ramis*
*Procera eximis fertur radicibus arbor.*

Mox & runcinæ apponuntur, aſciæ ac torni, neque quicquã præter induſtriam artificis requireres. Stabat defixo in terram vultu pone Æacum Mercurius, qui ubi OMNES OMNES dicis moriſque cauſa acclamari audiſſet, ſilentio manu leviter indicto, hoc modo interceſſit.

*Severitatis, Pater AEace, maximus ubique uſus eſt: neque efficacior vetandi ratio quam pœna. cujus inclementia ad unum aliquem aut paucos,* *fructus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*fructus autem pertinet ad omnes. Quæ vero hactenus adverſus hunc allata ſunt, nec negare viſum eſt, & ſi pateris, pauca de ſingulis reponam. Virtutem recte à vitio diſtinguere, maximum ſapientiæ opus exiſtimo. Multa enim quæ nos ſcelera aut crimina putamus, feſtivitatis olim nomen merebantur. Apud Lacedæmonios quidem, ſobrios illos & divina quadam virtute viros, clam auferre aliquid ius atque uſus fuit: deprehendi vero, pœna dignum videbatur; neque delictum in facto, verum in ſocordia hominum facti ſupplicium ponebant. Ergo vigilare omnes, providere omnia, noctes dieſque intenti eſſe; & cum cura ingenti ſua tueretur quiſque, plus in aliena tamen negligentia præſidii, quã in virtute ſua ſpei habere. Hinc indomita juventus, & contemptor ille mortis animus, qui nõ foſſa aut vallo, ſed adverſo pectore aras focoſque vindicaret. Quæ ignavo hoc*

*atque*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*atque inficeto ſæculo, nemo imitatur, poſtquam non virtus modo, ſed venuſtas quoque omnis exaruit & lepos. Multa, AEace Pater, & vos reliqui, Senatus Populuſque Lunæ, ignorantia, alia curioſitas obduxit: poſtquam exempla quoque vitæ amiſimus, neque de æqui ac iniqui finibus, quæ prima olim habebantur, verum de natura aut cœleſti ratione diſputatur. ita factum eſt, ut cum multa ſcire quiſque ſatagat, pauci quid liceat inquirant. Nam de patre hujus notum eſſe video, quem adoleſcentiam vix primam ingreſſus, magno auri pondere exoneravit: ad AEneæ plane exemplum, qui cum obſitum ætate patrem bajularet, Penates quoque & id genus alia parenti eripuit: ne ullum præter ſenectutis onus ſentiret. Aliis chartas aliquot, ut fama eſt, aut libros ſubduxit, quorum ferre incuriam non poterat: idque cura ſemper tanta & ſolertia, ut nec unquam deprehenſus*

*prehenſus ſit, neque e præſcripto diſciplinæ illius fieri exiſtimem, ſi à quoquam negligentius vivatur. Ingenii vero cultum hic quid dicam, & utranque eloquentiam? Iuro vobis, P.C. Orpheum videtis: omnes & ubique belluas cantu ſuo delinivit. Cætera ex oratione viri diſertiſsimi audiſtis: qui ſi Iovi Optimo Maximo par haberi poſtulat, modeſte locutus eſt, & à Socratica diſsimulatione non receſsit. Pace tua, Iupiter, liceat, majora præſtitit; qui non humerum Pelopi aut femur, verum univerſis eam fœminis partem reddidit, ſine qua ne viri quidem eſſent, & quam nemo tam iocoſam unquam credidit, qui non neceſſariamputaret. Eant ſane Græci noſtri, & Machaonem aliquem aut Pæanonem operoſe commendent. Quorum ille tot iam annos nectare & ambroſia ſatur, unicum fortaſſe Martem aut Plutonem tanto iam tempore curavit. Venus enim, ut pudicam*

*fœminam oportet, opem Dionæ implorare maluit. Vulcanus adhuc crure utroque læſus cælum perambulat, & hiſtrioniam ſolo inceſſu non ingratam reliquis exercet. Iuno vero cum in aëre pependit, natem quidem alteram, ferro quo conſtricta fuit, fœde ſauciavit. Cæterum matronali verecundia vulnus ſuppreßit: vel de fide potius medicorum deſperavit & induſtria. quorum ſumma iam in cœlo eſt penuria. Nos vero, ſi Diis atque hominibus placet, de illorum pœna diſputamus, quibus dignum nemo adhuc præmium invênit, & quam nondum intelleximus virtutem, voce noſtra & ſuffragio oppreſſam atque everſam imus. Clinicos ſuos & chirurgos quævis iam Reſpublica alit. quidam; more AEgyptiorum, ocularios, quidam alios à pedibus habent: qui perfectã atq; conſummatam artẽ eſſe non exiſtimant, niſi quæ in ſingulis verſetur. Cenſeo, P. C. ſolam illam partẽ negligamus,*

quæ

-----quæ Decios Marios, magnoſque Camillos
Extulit. -----

*quæ humanum diffundit & conſervat genus: quæ poſtremo iſtum orbi terrarum dedit, cuius immortali beneficio, omnes & ubique fœminæ, id quo ſunt quod ſunt, ſe debere fatentur. Quorum quidem ſi iam quicquam apud vos valet memoria (neq; enim pœnam nunc deprecor: nam quis Thrax hoc audeat aut Scytha? & videtis quam modeſte petat) verecundiſsimo virorum, & in ipſis Priapi educato manibus, ſubveniendum cenſeo.*

*Ac primum, parentem illius, floris iam extincti fœminam, quæ tot bellatores olim, urbicapos, regum occiſores, vi & virtute indomabiles, nocturnis velita-*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

tionibus ſubegit : tum ſororem eius, liberaliſsimam quidem illam fœminarum, & quæ nihil unquam privatum habuit, publice alendas judicio.

Ipſum vero ſtola muliebri indutum, cum ampulla & ſtrigili, paraſiticis ornamentis honoratum, in Gynæceis & tricliniis ubique dedicandum eſſe. Et quandoquidem ſolus Deorum beneficia intelligit, & ut quiſquam optime de ſequiore ſexu meritum eſſe conſtat, ut quamdiu quidem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*dem vivus valensque & ſu-
perſtes agit, omnes ubique
vinulæ & venuſtulæ, quæ
ætatem ſuam optimo Deo-
rum Cupidini & parenti
eius Veneri Pandemo de-
voverunt, venienti aſſur-
gant, noctem nec rogatæ
offerant; mundiciis de-
nique omnibus ac venu-
ſtatibus, homini graviſſi-
mo moroſam illam philo-
ſophandi lubidinem abſter-
gant. Et cum genas radi
per* XII *tabularum leges
vix liceat, reſtitutam be-
neficio illius partem totos*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*menſes quinque ſacram atque feriatam geſtitent.*

Eam orationem mira excepit commutatio: neque vulgus tantum aut pedanei patres, ſed & ille ipſe ſeveriſſimus Æacus, non indelectatum ſe urbanitate tanta, voce ſimul ac vultu probavit. Tum ille, Quando, de ſtatua, inquit, omnibus placere video, & ſeorſim præterea regi terræ hujus atque imperatori Æaco, quod felix ſit ac fauſtum, inſcriptionē habe. Et confeſtim in adverſo pariete hæc notavit. Me vero plura cum videre vellem, ſomnus ſubito reliquit.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

VIRO INLVSTRI
GASPERI SCIOPPIO,
A MVNSTER,
IOVIS ANONYMI
ET PANDEMI VENERIS
FILIO,
PRIAPI ET LAVERNÆ
SACERDOTI,
CVIVS EXQVISITAM
IN EDENDO DILIGENTIAM,
OPTIMAM IN BIBENDO
FIDEM S. P. Q. R. REBVS
DOMI FORISQVE
TVRBATIS
SÆPE EST EXPERTVS,
PARASITICIS ORNAMENTIS
HONORATO ATQVE EXCVLTO
ÆACVS IOVIS ÆGINÆQVE
MERCVRIVS ATLANTIS
EX MAIA NEPOS
STATVAM
L. D. C.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

# VIRGVLA DIVINA,

SIVE

# APOTHEOSIS

## LVCRETII VESPIL-

## LONIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

# VIRGVLA DIVINA,

## SIVE

# APOTHEOSIS

## LVCRETII VESPIL-LONIS.

SÆpe audivi, aut plorare ſemper aut ridere fœminam. Ego & hoc verum eſſe ſcio, & poëtam nunquam vidi, qui non aut divinus plane aut imaginoſus eſſet. Nihil à duobus illis mediocre expectandum eſt. Operoſius inſaniunt philoſophi, quorum quiſque ut morbum profitetur maxime, ita veniæ eſt proximus. Femur aureum Pythagoræ, Abaridis ſagittas, Epimenidis ſoporem, nemo ſine voluptate legit. Nam de Ariſtea Proconneſio



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

neſio quid dicam, qui poſt obitũ ter natus eſt? Maxima inſaniæ prærogativa eſt: nemo hos mentitos eſſe putat: omnes mẽdacium dixerunt. Neque quiſquam tam malignis vivit, qui non illud beneficium dementiæ indulgeat,

*Ἡ γλῶσσ᾽ ὀμώμοχ᾽· ἡ δὲ φρὴν
ἀνώμοτος.

*Iuravit lingua, mentem injuratam gerunt.*

Ex hac gente Marcus Antonius vicinus meus fuit: omnia ebrietatis beneficio aut dementiæ intelligebat; ſi quid poſt hæc ſupereſſet, totas noctes ſapienter dormiebat. Modo Ariſtotelem aut Platonẽ videbat: orator in ſomno, philoſophus, poëta erat. Nemo quoque breviorẽ Fortunam eſt expertus: nam cum ſæpe noctu ante conticinium quadragies haberet, mane ne ramentã quidem auri invenit. Et jam vulgo hoc nomine innotuerat: Virgulam divinam omnes vocabant.

Sed

Sed & nemo unquam plura divinitus prædixit. Omnes aſtrologos, conjectores Iſiacos, ſomniorum interpretes, millibus trecentis anteceſſerat. Dicam quod vix fidem niſi apud ſimiles inveniet. Veſpillonem Lucretium nemo jam ignorat: ſcelere enim filii immortalis eſt. Hujus viri animam noctu uſque in cœlum comitatus eſt. Nihil muſſitatum eſt ibi quod non intellexerit. Si quis tamen verum eſſe dubitet, cum auctore experiatur. inter viam lacteam & tribunal Rhadamanti fumos vendit. Is nunc vulgo quæſtus eſt uberrimus. Mihi certum eſt promiſſa exequi.

*Stat prope Tænarias ſpecus haud ignobile valles,*
*Qua via monſtrat humum, tacitas quæ ducit ad umbras;*
*Nox aditus non tota tenet: caliginis horror*

*Frangitur, & triſtes ſparguntur luce tenebræ.*
*Sic ubi ſenſerunt elapſam ſidera noctem,*
*Et ſenſim croceo rareſcunt pallida vultu,*
*Venturum teſtata diem, lucem inficit umbra,*
*Vmbraque mixta die eſt. dubitat nomenque viator*
*Quærit, & imponit dubium pro tempore nomen,*
*Vellera dura iacent humanæ conſcia vitæ.*
*Nunquam ceſſat opus, urgent properantque ſorores.*
*Omnia nec iuſtum contingunt ſtamina finem.*
*Sæpe ubi fatalem digiti cœpere laborem,*
*Mox avulſa cadunt. medio pars maxima ceſſat*
*Ordine propoſiti. ſic ſtat ſententia Divûm.*

*Sex*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*Sex adamante rigent ſolide ferroq́ columnæ*
*AEdibus in mediis. illic quodcunq́ futurum eſt,*
*Cum mare, cum tellus, cum ſidera mixta jacerent,*
*Sub tenebris, nihil ipſa, ſuis, niſi quatenus orbis*
*Creſceret ex illis, magnarum ſemina rerum,*
*Dedalea natura manu deduxit, & omnes*
*Prodidit, antiqua repetens ab origine, cauſas.*
*Stat ſeries ſerie, primæque annexa cohæret*
*Quæ poſtrema fuit. peragunt mandata miniſtræ,*
*Atropos, & noſtros Lacheſis quæ ſupputat annos.*
*Vtraque ſollicito percurrit ſingula vultu*
*Cum Clothone ſua, totum eſt ſub legibus illis*

*Quic-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*Quicquid agunt : quicquid pertexunt ordine dextræ,*
*Et quodcumque manu labor irrevocabilis urget,*
*Ante tamen ſatum fuerat. Lux ultima vitæ*
*Ducitur ex illa, quæ vitam inceperat olim.*

Quarum una ſtamen amputavit. Lucretius autem cui nulla pars vivendi jam reſtaret, rem haud magni momenti cœpit agere. Animam nimirum: quæ ut primum *ὕστερον πρότερον ea parte elapſa eſt, cui peſſime cum naſo convenire ſolet, die demum altero ad Olympum montem pervenit. Eſt ubi paululum aſcenderis, exciſa pars montis, quæ arboribus veſtitur, & clemente aëris afflatu temperatur. Solis impetum defendit umbra, cumque maximus vi anni eſſe ſolet, foliorum occurſu frangit ſe calor.

** à poſteriori prius.*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Ephialtum ibi Otumque diu hæ-
iſſe ferunt, cum in matris Ter-
æ gremium redirent, & temeri-
ati ſuæ pœnas perſolverent. Hic
eu jam defatigatus, ſive ut fu-
nus eminus ſpectaret ſuum, pau-
ulum interquievit. Verum eſt
quod vulgo dicunt: maximos ar-
ifices, difficiles in arte ſua &
moroſos eſſe: raro aliis ignoſcere.
Metuebat ne quis homo diſcipli-
næ ejus imperitus, cujus ipſe con-
ultiſſimus olim habebatur, mi-
nus ordine ac decenter corpus
ngeret, locaret, efferret.

*Et quorum pars magna fuit,*

eſpillones aliquid peccarent. Se
xtincto quoque arti multum
eceſſiſſe. Quondam laudi ho-
nines invigilaſſe, nunc ſolius
ucri ſtudio omnes detineri. Tũ
t quiſque ea plurimum vere-
nur, quæ in aliis commiſimus,
e quis partem ſibi auferret, & **Vide Vitam.*

cadaver

cadaver truncum relinqueret. Vbi plane ſe ſepultum eſſe videt, iter inſtitutum urget. Cœli ac terræ diſcrimen pauci obſervarunt, & hi conjecturis falluntur. Aliquid Heſiodus dixiſſe putatur. Phaëtontem vero & Vulcanum, quem utrunque ejectum cœlo, confeciſſe hoc iter ſatis cōſtat, minus vacaſſe huic curæ plerique exiſtimant: impenſe enim feſtinabant. Nono certe plus minus die ad cœlum pervenit. Vbi poſtquam conſtitiſſet paululum, una illi Horarum occurrit,

Τῆς ἐπιτέτραπται μέγας
οὐρανὸς οὔλυμπός τε.

* *Queis cœli commiſſa domus, queis atria Divûm.*

Eam venuſtus homo ac amœnus, & qui eſſe ubique ancillas ſuas crederet, limis molliter aſpexit. nihil vero ultra addidit. Hanc ſecuta mox & altera eſt, cujus elegantia & forma, nihil cœlū novit emēdatius. Genas quæ candore ſuo

re ſuo nivem omnem , omne e-
our provocarent, lenis rubor im-
buebat. Si poëtas imitari vellem,
mala ita dicerem rubere , cum
majore ſui parte albent: niſi quod
& illa minus exquiſite hunc co-
lorem præ ſe ferunt, illum autem
ſine lege confundunt. Dentium
cœleſtem nitorem labiorum di-
ſtinguebat purpura: & cum frons
per ſemetipſa lacti eſſet æmula,
magis tamen eam nigra ſuperci-
liorum ſcriptura commendabat.
Iam vero oſculum quid dicam?
quod cum admodum anguſtum
& exile eſſet, ſemihulcum tamen
neſcio quo pacto, ſuavium efflа-
gitare videbatur. Tremuli & ſo-
noriantes papillarũ orbes, carbaſo
ha ctenus tenui includebantur, ut
his tãta ſui parte paterẽt: hoc eſt,
ut cũ aliquid permitterent, ma-
ius eſſe videretur quod negarent.
Nam quid oculos commemorẽ?

Anſerem

Anſerem & canem Socratis iratos habeam, niſi cœleſtes quoque ignes fulgore ſuo extinguerent. Dicerem lacertos Iunoni, crura Thetidi, alia aliis ſimillima fuiſſe, niſi plures eſſe crederem, qui nunquam has vidiſſent. Tamen expectas ſcio ut è myrothecio aliquid depromam, neque prætermitti debet occaſio tam bella. Et poëtas novi, qui theſaurum præterire mallent, quam communem locum. Huic quoque morbo aliquid donandum eſt.

*Si tales oculos ſub judice, talia quondam (vultus,*
*Lumina, ſi tales habuit Saturnia*
*Non meritis prælata ſuis, non munere formæ*
*Abſtulit optatam victrix Cythereïa palmam.*
*Pergama ſed merito, merito Priameïa tellus*

*Con-*

*Concidit, & cauſa pariter pariter-*
*que Deorum*
*Munere, Graiorum dominæ vicere*
*Mycenæ.*
*Sed neque mortali merito flagravit*
*amore*
*Iupiter, & fulvo deſcendit pluri-*
*mus auro,*
*Merces blanda ſui, preciumq́ haud*
*vile furoris.*
*Nec cum Dardanium pennis inva-*
*ſit ephebum,*
*Aut aliis pulchram pennis invadere*
*Ledam*
*Suſtinuit formoſus olor: fruſtraq́*
*per herbas*
*Mugiit, & pariter ſua cornua vidit*
*in undis,*
*Et vultus Europa tuos, mœſtuſque*
*labores*
*Alteraq; Inachiæ conſpexit cornua*
*Nymphæ.*

Ibi primum vir feſtivus vivere uxorem ſuam ſerio gaviſus eſt, cujus

cujus ſæpe mortẽ optarat. Anum quippe, vetulam, edentulam, nulli rei, nolle bene eſſe alteri, quando illi eſſe amplius non poſſet. Plane* ἐν φάτνῃ κύνα. Se jam autem hac moleſtia ſolutum & pœnarum metu, tuto poſſe ludere in cœlo, quæ in terris ſuperſtitio humana, & uxoris prohiberet curioſitas. quæ ut lemures & infeliçes genii, ſequi & ubique adeſſe ſoleret. Nihil illa clam haberi potuiſſe. & ut muſcæ lac novum, ita illam mariti veſtigia preſſiſſe. Sed & illud cogitabat, Iovem jam regnare in cœlo non Saturnum; optimum Hercules Deorum, & qui nihil in Iunone ſua, præter ſolam ejus abſentiam amaret. Quid vero minus æquum eſſe, quam hac comitate deum, cuiquam ſuccenſere poſſe? Quæ dum ſecum ipſe volvit (& jam frigutire cre-

*canem in praſepi.*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

do cœperat, jam amplexus para-
bat, jam de ſuavi indole aut ro-
buſta voluptate cogitabat)

*Panditur interea domus omnipatẽ- tis Olympi,* Virg.

& ingẽti tonitru cœlum dehiſcit. Moris eſſe id aiunt, cum ſuffragia in aula Iovis colliguntur, & de re-bus gravioribus comitia haberi ſolent. Sed tũ præter expectatio-nem, nova prorſus & ſtupẽda res evenerat. Quippe Atlantis ne-pos, velociſſimus Deorum, & qui totum orbẽ terrarum bis quoti-die perambulat, quendã eſſe Ro-mæ nunciarat, qui inferre bel-lum Diis pararet. Ergo ſubito turbari omnia. Alii machæras, alii haſtas expediri & clypeos; arma omnes fremere & ſpirare. Alii ſtationes ſortiri, aut in excu-biis eſſe. Alii muros turreſq; cœli manu firmare aut milite. Erant & qui fulmẽ acuendum Brontæ

ac

ac Steropæ locarent. Erant & qui militem conſcriberent, & ut quenque obvium viderent, ſacramento rogatum, arma capere & ſe ſequi juberent. Marti lege curiata imperium evenerat, neq; à porta procul aſtabat. qui clamore, quanto nemo unquam hominum audivit, maximo, poſtquam advẽtare ſenſit quendam, extra urbem ſaltum dedit, & homicidam illum populorum enſem furibunde diſtrinxit. Quid dicam, aut quibus verbis id exprimam?

*Qualis Hyperboreum quoties defertur in orbem,*
*Aut Scythicas glacies, & ſtrictum frigore Pontum,*
*Arma movet ferrumque humeris: ſquallentiaque arva*
*Terribili fremitu ardentum percurrit equorum.*

*Audaces*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*Audaces pallent populi. tremit incita late*
*Horrendumque immugit humus, Terrorque Metuſque*
*Hinc illinc circum volitant. pater æthere toto*
*Immitis cedit Boreas. Ille impiger urbes*
*Concitat, & ſævas immittit gentibus iras.*

Neque quicquam cunctatus, quis & unde eſſet quæſivit. Ille ſive metu, ſeu quod nihil admodum ſuccurreret, filii ſui patrem eſſe ſe reſpondit. Res imperioſa timor eſt: nemo intelligebat quid vellet. Mars autem, deus impatiens magis quam crudelis, minitari niſi omnia expromeret: tali enim rerum diſcrimine, nihil non timendum eſſe. Nunquid fratrem aut parentem Romæ, nunquid filium haberet? iterum periculum illinc à famelicis de-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

nunciari. Omnes pallidos & macilentos merito poſt Caſſium & Brutum timeri: magno id nepoti ſuo C. Cæſari ſtetiſſe, Rurſus Cæſarem peti: & incertum eſſe fata quid portenderent. Hoc conſtare, omnia timenda eſſe, cum quid ſit timēdum non conſtaret. Denique alia aliis, ſibi ſummum locum curæ fore. Et cum dicto hominem abduci jubet, & lictori proximo commendat; recta ad Rhadamantum raperetur, qui pro tribunali ſederet. Illic cauſam ex vinculis adventus ſui redditurum eſſe. Cœlum ingreſſis, ſtatim ad lævam ſpecula occurrit: unde res humanas tanquam præſens arbitrari ſolet Iupiter. Hanc dum aliud agendo præterit, epicedium ſuum Romæ cum dolore magno animi audivit. Stoïcus noſter tanti adhuc mali ignarus, domi ſedebat,



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

& ingenti curæ animum intentum habebat. Tribus antea diebus, menſam pulchre inſtructam viderat, in qua ferculorum omne genus tanquam militaris acies à perito artifice diſpoſita fuerat: hunc fere in modum. Duces pro ſe quenque cornibus præfecerat. Siniſtrum Numidicus Gallus, dextrum regebat Olor: mediam aciem Pavo expaſſis utrinque alis & pulcherrimo caudæ ſpectaculo tenebat. Plane ut ad Cannas à Pœno pugnatum eſt. Singulas haſtatorum, principum ac triariorum ordines, ſubſidia claudebant, ut ſi acrius animi incaluiſſent, globus opponi poſſet. Hanc ſecum ipſe Ideam à materie abſtractam animo volvebat: Plato * τραπεζότητα dixiſſet. *Vide Laërt.* Cæterum Homerus dixit, neminem unquam eſſe oblitum ſe eſurire: & in tanto numero men-

daciorum nihil verius dixiſſe exiſtimatur. Hujus ergo rei memor, ova ſorbilia, cum pipere ac ſale, & lactucis aliquot, apparari ſibi juſſerat; cœnam ſine ſanguine ac fumo. Iuxta prætextatus grandis aſtabat, qui eſuriendo ipſe, interim de cœlo ſervabat, utrum auſpicato herus cœnam commiſſurus eſſet: ne rem maximi mométi Dîs non addicentibus tractaret. Poſtquã impetratum atq; inauguratum eſſe videt, ita demũ magno animo operi incumbit. Vix jam manũ credo admorat, cũ legati maximis de rebus adeſſe dicebantur. Quibus impetrata coram agendi licentia, primo omnium Pavonum, mox Perdicum ac Coturnicum oratores ingreſſi ſunt. quos Gallorum deinde ſunt ſecuti, quorum ternos pridiano epulo confecerat. Principes legationis erant duo, Egerſicœtas & Phœni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Phœnicolophus, magni animi & auctoritatis apud ſuos. qui cum infulis & velamentis, obſiti ſquallore & ſordibus, primo quidem de induciis non nulla quæ in rem eſſent ſuam proponebant. Id cum minus ſucceſſiſſet, recipi ſe poſtulabant. *Se quippe eius in cœnando diligentiam ferre amplius non poſſe,*

Propter quem tot tantaſque haberent vaſtitates funerum.

*Toto autem genere extincto, nullum ſui uſum ſupereſſe, quorum multa nunc in orbem univerſum meritæ extarent. Parceret ſupplicibus & miſeris. Se quoq; olim homines fuiſſe: nunc Auroræ adventum cantu ſuo indicare. Civium quoque animos ad virtutem exemplo inflammare. E Solonis legibus id planum eſſe, & tot certaminibus quotidianis, quæ frequenter ſine miſſione ad extremum uſque ſpiritum continuarent. Etiam ſcorpionum*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ictus & id genus venena ſedulo arcere: quare iis abſtinendum eſſe olim Chryſippus cenſuiſſet. Saltem familiæ ſuæ ducem audiret: id quod tanto placuiſſet viro, temere ne reſecraret. diſciplinæ id ejus convenire. Neque recte quenquam imperaſſe, qui parêre aliis neſciret. Quin & cætera fortibus viris haud magni momenti eſſe: continentiam & benignitatẽ præcipue decere. Hæc fere unica ejus ſectæ ornamenta haberi: his Cleanthem, his Zenonem primum gentibus innotuiſſe. Etiam illud expenderet,

* In lib. De juſtit.

Virg.

Nullum cum victis certamen
& æthere caſſis.

hoc rationem, hoc leges, hoc poſtremo naturam dictare. Sacra publica ac privata, agrum urbemque, coniuges ac liberos, bona uti quæque fide poſſiderent optima, in illius poteſtatem dedere. Sed & AEſculapii rationem haberet. Magni & potentis Dei, tum patroni ſui, irã vitaret. Manes maiorum

ſuorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*ſuorum & umbras, ſic ſaltē placaret: quibus plures ne adderet. Suas quoque illis eſſe Erinnyas, quorum animas eſſe immortales Plato fortiter probaſſet. Pythagoræ poſtremo meminiſſet, qui nullius ſanguinem guſtaſſet, nulli animam eripuiſſet unquam. Quanti autem viri! cui ſi credendum eſſet, idem hominibus quoque imminere. Quare Nemeſin caveret, & de talione ſemper cogitaret.* Quibus pauca cum oppoſuiſſet, re infecta tum diſceſſum eſt. Iis Anſerum Primores ſucceſſerunt: quibus Capitolium deberi oblitus fuerat. adeo magnam eorum ſtragem dediſſe dicebatur Dum his audiendis operam ac diem impendit, homo è Germania accurrit, qui ſine ullis ambagibus patrem vixiſſe narrat. Continuo.

*Excuſſæ manibus patinæ, revolutaque fruſta,* *Virg. parod.*
*Evolat infelix.* ——

& ad primam fluvii ripam contẽdit. Occurrente interim è Quiritibus nonnemine, cui luctus ſui cauſam indicaret. Mirabantur omnes periiſſe hominem, quem vixiſſe nemo unquam ſciebat. Ibi à flumine non procul, ita incepit:

*Tiberine pater,*
*Qui cæruleis*
*Laberis undis,*
*Cui Dardaniæ*
*Mœnia gentis,*
*Omine fauſto*
*Everſa, ſuos*
*Misêre Deos:*
*Totieſq; madens*
*Hercubæ lachrymis*
*Pulvis, & aula*
*Proſtrata ſolo,*
*Dominam rerum*
*Reddidit urbem,*
*Si tua ſupplex*
*Flumina quondã*
*Mœſtus, & exul,*
*Nulli tota*
*Cognitus urbe,*
*Vacuus rerum*
*Plenuſque fame,*
*Toties preſſi,*
*Nũc quoq; noſtros*
*Accipe queſtus:*
*Occidit ille*
*Cuï nil toto*
*Geminum poſthac*
*Vivet in orbe.*
*Seu damnatas*
*Traheret gentes;*
*Promptus, & audax*
*Pavidas ferro*
*Vincire manus..*

*Seu*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*Seu cum gelidæ*
*Tempore noctis*
*Victa faceſſunt*
*Lucida puræ*
*Tela dici,*
*Libitina tuum*
*Pangere munus.*
*Nunquam vacuo*
*Portitor illi*
*Lintre cucurrit.*
*Semper juſtas*
*Reddidit umbras:*
*Semper juſtam*
*Lacheſis vidit*
*Populi turbam.*
*Et quot ſecuit*
*Stamina dura*
*Et fila manu,*
*Tot Tænariis*
*Vidit in undis,*
*Seu cum gelida*
*Arma ſub Arcto*
*Per Pannonios*
*Quateret campos,*
*Pedibus celeres*
*Vincere ventos,*
*Et vicinum*
*Callidus Iſtrum,*
*Vel Strymenium*
*Curſibus Hebrum;*
*Levior Zetho*
*Et Thebanam*
*Qui voce lyræ*
*Condidit urbem.*

Nunquam illi ira tam feliciter quam tum dolor ſucceſſerat, ne cum jam bos quidem * ἀμφιγυήεντας feciſſet, & qui gemino tibicine egerent. Iam ad Rhadamanti forum alter pervenerat, neque plura exaudire licebat.

* *utrinq; claudos.*

Sedes Dei firmo adamante innititur. Severitas utrinq; jus dicentem claudit atque æquitas. Nemo illic niſi reus accuſatur, nemo nocens abſolvitur. Magna tamen juſti pars eſt, quæ commiſeris fateri, ut cui ignoſci ratio non patitur, merito dediſſe ſupplicium quoque exiſtimetur. Ergo ut convicto, manicas, pedicas, & collaria injici jubet. Stabat dignitatis lictoriæ homo, validus, procerus, audax, ferro gravis; ſæpe illud ſecum ipſe cogitans,

*Εἴκε πάθοι τάκ' ἔρεξε, δίκη δ'
ἰθεῖα γένοιτο,

** Qui patitur quod fecit, ei jus contigit æquum.*

Omnia valide compacta erant; manus, pedes, brachia & caput. Vt qui multos olim ſtricte contenteq; in ferro habuiſſet, nunc quin ipſe è præſcripto artis vinctus eſſet, dubitare non poſſet. Adeo nihil vel ad votum ſupereſſe

videbatur.

videbatur. Hoc aſſiſtens ornatu, cum admonitus à judice fuiſſet, totum vitæ ordinem exponeret, nihil callide, verſute aut maligne celaret, niſi exquiſita adhiberi mallet tormenta (quorum largam ſatis ſupellectilem in proximo habebat) cuncta confiteri cœpit. Hominem ſe militarem fuiſſe. Multa ſibi bella dura atque aſpera pugnata eſſe domi foriſque. Domi quidem cum uxore, anu incommoda, deformi: & quam Sp. Carvilius Ruga, homo moroſus, totam poſſidebat. ex unius noctis concubitu in caſtris id ſibi mali adhæſiſſe, neque poſtea avelli potuiſſe. Se contra, rerum omnium bonarum ſemper liberum fuiſſe, neq; vel ætate illa ex amœnitate plane exaruiſſe. Quæ vero in Pannonia aut alibi feliciter geſſiſſet, cẽtum Satrapis viritim diſpertiri poſſe.

neque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

neque juſtam cuiquam laudem defuturam. Hæc cum ſatis pro ſe animoſe diceret, judex indicato manu ſilentio, Numquẽ Romæ noſſet, iterum atque iterum quæſivit: inde enim malum portendi: id mathematicos, id aſtrologos, id oracula monere: iterum Diis bellum parari: quendam Typhonem, matre ignota, nullo patre natum, ibi eſurire, qui in cœli exitium conſpiret. Certo id ſcire Iovem: nocte adeo ſuperiori Delphis quendam è Deorum numero adveniſſe, cum hoc Pythiæ reſponſo.

*Tunc jubeo trepidare Iovem, cũctumq́; ſenatum Divorũ ſuperûm, qui cœlica templa celebrant.*

*Cum veſpilloniſq́; & militis inclyta proles.*

*Commutet terris Germanica runa Latinis Eſuris percuſſus. at hac nunc omnia ſiunt.*

*Τῆμος ἐγὼ κέλομαι τρομέειν
Δία, καὶ χορὸν ἄλλον
Ἀθανάτων μακάρων, οἷς οὐρα-
νὸς, ἀμφὶ μέμηλεν,
*Ὁ ππότ᾽ εὐπτολέμου παῖς
ἀνέρος ἐνταφιαστοῦ

Γαίης

Γαίης Αὐσονίης Γερμανικὸν
οὖδας ἀμείβῃ
Λιμῷ τραυματίας· τὰ ἢ δὴ νῦν
πάντα τελεῖται.

altero item in quo multa de parentibus. Et cum denuo equuleos, hyſtrices, flagella admoveri juſſiſſet, ibi ille, Nihil quidem ſibi tale cognitum eſſe reſpondit. Cæterum Scioppium quendam Gaſperem ibi agere: eum uxoris ſuæ filium eſſe, id ſibi certo conſtare, adfuiſſe enim cum pareret. De parente autem altero pronunciare quicquam velle, hac præſertim morum corruptela, magnæ confidentiæ eſſe. Neque unquam de uxore dubitaſſe, quin amice potius cum omnibus, quam ſecum vixiſſet. Sed & illi idem cum Olympiade Alexandri matre eveniſſe. Nocte enim intempeſta,

prima

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

prima fere vigilia, ſe abſente phallum illi apparuiſſe, ita ut iſti ſerpentem: hoc cum vehementer mulier feſtiva delectata eſſet, non ita multo poſt uterum illi intumuiſſe. Id facunde cum primis & diſerte filium narrare, lepidum pudicitiæ maternæ patronum. Huic cum Romam abiret, nihil præter rem & fidem defuiſſe. Alia abunde ſuperaſſe; vaſritiem, nequitiam, & dolum. Denique inter æquales jam tum ſuos, peniculum nummorum, bibliothecarum everriculum, dictum fuiſſe. Erectam in puero indolem ſibi primo compertam. Quippe cum nummulos aliquot quos virtute Deorum & ſuarum confidentia virium in bello periſſet, minus diligenter aſſervaſſet, monitũ ſe à pueo tantillo officii ſui, poſtea id ſedulo caviſſe. Omnes enim cum pulviſculo

abſtu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

abſtuliſſe, nec diebus pluribus quam octo, magno cum judicio exhauſiſſe. Hæc tum non mediocris ingenii fuiſſe. Poſtea cum aliquid ætatis acceſſiſſet, eam ſapientiam amplexum eſſe, quæ communem rerum uſum permitteret. Auctorem ejus Zenonem quendam putare, cui in eo cum Platone conveniret. Scire ſe quam fideliter pro ſua ſapientia multa præceperit. quorum hæc præcipua fuiſſent. Optimis auſpiciis ea fieri, quæ non procul à culina geruntur. Nutricem eam vitæ humanæ eſſe: cætera omnia frigere. Hanc in adverſis ſolatio, in ſecundis ornamento eſſe. Id quoq; eum diligenter meminiſſe. Sed & ſtudia inutilia magno animo abjeciſſe, & poëticas ineptias ſemper abhorruiſſe. Ex præceptoribus ejus cognoſci id poſſe, & quæ hodie extarent. *Vide Laërt.*

Muſicæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Muſicæ nil temporis aut parum tribuiſſe. neque magnopere fiſtularum, aut lyræ, aut ſiſtri, aut ullo eorum quæ ore vel manu vel flatu impelluntur, voce delectatum. Tantum Romæ in familia Madrucii (uni è purpuratis Germanorum id nomen) nolam quandam è ſuperiori parte ædium pendulam ſuaviter impelli ſolere, quæ tinnitu ſuo prãdii aut cœnæ tempus indicaret: ejus impulſu ſæpe curas ſibi abſterſas eſſe. Sæpe etiam cum ſtomacho langueret, ſubito convaluiſſe. Hæc id genus alia, cum partim prolixe partim ſimpliciter referret, homo minime malus, Rhadamantus ſævo & immiti vultu curia excedit, & in cœli interiora recta contendit. Vetus hoc vitium eſt Iovis: ex quo quædam de mutatione regni è prometheo audivit, omnia vere-tur.

*Mos convocandi Cardinalium domeſticos Romæ uſitatus.*

tur. Novit quid Saturno fecerit, quid Saturnus olim patri, cum acuta falce viri innocentis peculium invaſit, & ut Venus naſceretur, Cœlus omni gignendi lubidine privatus eſt. Ergo metu graviſſimo perculſus, modo in gynæceo aut triclinio, modo in atrio errabat, plane ut meticuloſi homines & ſuſpicaces ſolent. Et ne quicquam pro ſalute regni prætermitteret, vota toto cœlo indixerat. Supplicationes ubique, ubique lectiſternia adornare, & majoribus partim, partim lactantibus fieri hoſtiis præceperat. Eſt effœta quædam anus: Græculi Pronœam dixerunt. Huic Iovem ne quid inſolēter agat, porticus commiſit. Inconſulta illa & invita nihil geſſit unquam, ac ne pedē quidē cœlo effert. Semper quippe minor annis Stoïcorum Deus eſt. Fulmen quoque,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

quoque, quanvis eo, ut Homerus putat, ſatis delectetur, ſine nutu ejus non movet. Denique ut parentes pueris cuſtodem addunt, ne quid turbent domi aut frangant, ita hominum deûmque pater ſub ſtolato hoc tutore vivit. Huïc ergo partim ipſe, partim Dii omnes dignitatem ac ſalutem commendabant ſuam. Cogitaret quam tranquille, placide, prudenter vixiſſent. Quam honeſti ſemper viri fuiſſent

----- * θεοὶ ῥεῖα ζώοντες.

**Dei placide viventes.*

Huc prodigia accedebant, quæ eodem tempore alia alibi eveniſſe ferebantur. E Francorum regione veſpillonis filius, ſine fronte & corde in Italiam veniſſe dicebatur: qui triceſimo & quinto ætatis anno, patrem nondum reperire potuiſſet. Alium quendam Romæ natum eſſe, qui viginti annis & ſeptem, poſtquam rite

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

rite humatus fuiſſet, denuo expiraſſet:& qui Patavinus cum eſſet, Venetus ac Veronenſis tamen erat. Alii Burdonem, alii Bordonem, alii Bordonium vocabant. Aſinum quoque in Vaticano locutum eſſe fama tenebat. Iam & illud è Chryſippi libris didicerat, tempus aliquando fore, cum Dii ipſi una cum hoc orbe conflagrarent. Iis novos ſucceſſuros eſſe. Ei primum rei intentus omnē stoïcorum turbam ut incendiarios caveri juſſerat. Principes Chryſiippum ac Zenonē, non ſine aliqua ſuſpicione Minos interim in vinclis habebat. Ita majeſtatis ſuæ penitus oblitus, magno metu compos, in diverſa animum trahebat: quod ſi omne cœli arcanū penitus eliminandum eſt, jam de ſucceſſore ſuo teſtamenti tabulis cavebat. Capite altero & in ima cera alia aliis legata erāt, univerſis

vero

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

vero ac ſingulis, urbis æternæ paraſitis, mille & triginta cepas diſpertiri juſſerat: ut ubertim flerent. Huc dum Rhadamantus contendit (& jam quædam expoſuerat) defeſſus è via accurrit Mercurius: qui ſalutis omnium explorator Roma advenerat. Multum à ſermone noſtro abit Deorum oratio: poſt Homerum pauci eam aſſecuti putantur, qui ſex ante natalem ſuum annis, Iovi ab epiſtolis fuerat. Quantum tamen ſcire licet, dicere hæc viſus eſt. Scito ſalvũ eſſe, ô pater, ſi quid non perit. Omnia comperta, cognita, explorata ſunt. Vidi Ægeona novum, magnæ matris filium, hominem *ἀπόλεμον, & qui arma vix conſpexit unquam. Pedibus ſuis, *enſe alieno Romam pervenit. Neque ullum niſi cum capis & perdicibus bellum gerit; ſed perpetuum plane

*imbellem.

*Caroli Sitovii Pomerani.

plane καὶ ἄσπονδον.

*Si duo præterea tales Idæa tuliſſet* *Virg.*
*Terra viros,*

ſola annonæ caritas Trojam expugnaſſet. Plane inexorabiliter ſævit.

*Mortua quin etiam coniungit corpora vivis;* *Virg.*

boum & taurorum viſcera: quæ partim ipſe invadit, cætera aliis expedienda relinquit. Alligatum prorſus & affixum curis habet animum. Domi mendacia ſubducit: novam enim * λογιστικὴν invenit, cujus ratione bis ſex octo ſunt: quibus decem ſi addas, centum invenies: ſi procedas, pecudem illi ſimilem effeceris. Foris ſemper creditor occurrit, cui prandium poſtridie aut cœnam debet. quas captare olim, nunc imputare ſolet. Triſti & ſevero vultu in triclinium venit: putes in Senatu rem geri, cum ad menſam

* *ſupputandi artem.*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ſam accedit, aut Hannibalem ad muros eſſe. Sed ne obtineri quidem quicquam publice ab eo poteſt : nunquam ſuus, ſemper alienus eſt. Ac ne noctes quidem ocioſas aut quietas agit. Nam cum capum nuper quendam, civem Romanum, popularẽ ſuum, in ſecunda urbis regione natum, & liberaliter eductum miſere diſſecuiſſet, noctu ejus umbram in ſomnis conſpexit, quæ in aurẽ illi ſubinde acclamare viſa eſt,

*Eurip.* **Adſum profundis, mortuorum ſedibus, Vbi remotus à Diis Pluto ſedet. Privatus heros teſtibus, Gallopatre.*

Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας
Λιπὼν, ἵν᾽ Ἅιδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν,
Εὐνοῦχος ἥρως, παῖς γεγὼς Ἀλέκτορος.

quam vix ſulphure & ovis mane expiavit : poſt quem procurationis ritum nunquam comparuit. Nunc inuſitatum ac horribilem

conatum

conatum urget. Mille ſycophantas conſcripſit, quorum fraude ac perjuriis Deos invadit: neque montibus poſt Aloïdas, ſed mendaciorum mole cœlum affectat. Septem vidi, quæ Romanos pedes centum & vicenos ſingula excedunt: ubi omnia conjunxeris, Oſſæ Pelion imponi exiſtimes. Longæ & contortuplicatæ ſunt ſententiæ: turdis Germanorum & ficedulis verba eſſe paſta diceres: adeo opima ſunt, & bene habita. Cætera ad Vlyſſis Homerici facundiam accedunt,

----* νιφάδεσσιν ἐοικότα χει-
μερίῃσιν.

** hibernis nivibus ſunt æmula verba.*

Quin & poëtice interdum inſanit. Sed clementer magis ac remiſſe; ſine ullo prorſus diſcrimine Deorum. Calamitoſis enim verſibus rem gerit: adeo periculum non eſt, ne in cœlum perveniant, qui in terra nondum ſtare didice-

didicerunt. Athenienſes eſſe credas, qui è Salaminio conflictu in urbem redierunt. manci quippe omnes debiles ac claudi ſunt. Quæ cum non illepide Mercurius dixiſſet, Iovi quoq; multum animi acceſſit. Placuit ad tempus Deos in excubiis relinqui: duo vero & viceſimo admodum die omnes dimitti. Panes, Satyros, ac Faunos, patellarios & è plebe Deos, ſufficí iis poſſe. Quamdiu vivat, aliquid timendum eſſe. Ne poſt obitum evadat, curæ illis fore. Id quoque è Clothone ſciri poſſe. De parente Rhadamantus videret: cæterum filii flagitia, in ignarum & nullius ſceleris compertum expetere haud debere. Ita ille in curiam, hi in cœli atria digreſſi ſunt. Vix religioſum judicii locum occuparat, vix in reum oculos & animum direxerat, cum extẽplo præter omnium opinio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

opinionem Charon lætabundus & feſtivo admodum vultu occurrit : qui ut juxta vinctum aſtare conſpexit (nam jam inaudîſſe viſus erat aliquid) medium complexus, neque ſui compos ultra, Vt te, inquit, Lucreti, Libitina amet. Et adveniſti? & ſatin ſalvæ? Vxor autem quid valet? Et cum aliquoties circumſpexiſſet, Nemo tam prudenter unquam mortuus eſt, inquit: plane elapſus eſt uxori. Filius autem quid edit? Ex quo enim Romæ vixit, plures huc gallinas advexi. Puto ſtrenue rem gerit. Ita ſenili quadam vehementia multum ac diu muginatus, tandem ad tribunal Rhadamanti ſe convertit. Et, Quicquid iſte, inquit, meruit ſupplicii, meis annis & laboribus remitti poſtulo. Diu jam huic provinciæ invigilo : diu hoc ſaxum volvo: neque animus labori deeſt, ſed



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ætatem vides. Tum intemperantes ſæpe huc atque immorigeri advehuntur viri. Aliquo lictore opus eſt. Iſtum vero nemo hactenus expertus eſt, qui non plane fugiendum judicaret. Ipſe contra præter unam mulierẽ neminem vitavit unquam. Quaſi lupus ſemper fuit: valuit ab armis; clunes vero infractos geſſit. Nam ingenium viri quid prædicem? Iuro omnes Deos: nemo mortuorum tantum ſapit. Vetus inter nos atque arcta eſt familiaritas, ex quo thiaſotes noſter fuit. Hac præſertim tẽpeſtate quantus eſſet ſæpe apparuit. Reliqua omittam: unicum ſolertiæ exemplum dabo. Nam cum hominem procerum quendam & longurionem, ritu veſpillonio pollincendum accepiſſet, neque ulla tellus molem admitteret, & jam plane eſſet metus, ne cis Stygem ſemper

oberra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

oberraret, Dii boni quid fecit? Illum quidem * εἰς ἐπιτομὴν redegit: truncum vero ſigillatim * ἓν διὰ δυοῖν condidit: ita facile huc pervenit. Quæ cum Rhadamantus audiviſſet, approbavit conſilium. Ac primo quidem

*in compendium
* unum per duo.

*---- manicas atque arcta levari*
*Vincla jubet.*

Virg. lib. 2.

Ita Charonti tradit. qui ad cymbulam continuo deducit; & communicata lucri parte, mortuorum curæ præficit. Ita nunc uterque.

*Mutuis animis amant, amantur.* Catull.

FINIS.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

# VITA ET PARENTES
# GASP. SCHOPPII,
## à Germano quodam contubernali ejus conſcripta.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

# VITA ET PARENTES GASP. SCHOPPII, à Germano quodam contubernali ejus conſcripta.

*Gaſper Schoppius, nunc Scioppius, Ingolſtadii à Munſter, patre Gaſpere Schoppio natus eſt, quem in dedicatione * quadam ex præfectum in Dreſvvitz vocat. De majoribus ejus vix quicquam compertum habemus, niſi quod proavum centum annos vixiſſe & decem, hujus vero coniugem centeſimum & quintum attigiſſe ibidem teſtetur. Quorum familia excidiſſe ſe, his verbis deplorat :* * Non enim ſi, neſcio qua fati iniquitate, eorum nomē amiſimus, familia excidimus, illis me indignum nepotem præſtabo. *& ad Burguſium, cui notas ſuas in*

* Theſibus ſuis De injuriis præfixa.

* ibid.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*Fabellas Phædri in ſcribit,* Candor animi, candor inquam, Libertas & Fides, hæc illa ſunto, quæ Schoppium veſtrum comendẽt, quæ ſola à majoribus (amiſſo quamvis per fati iniquitatem & genere & nomine inutili) incolumia acceperit, *&c. Schoppios porro hujus agnatos in Palatinatu Electorio paſtores fuiſſe, alios Lauffii (quod hodie Norimbergenſium ditionis oppidum eſt) cerviſiam, potum olim, teſte Plinio, Gallorum, ex frugibus, nunc Germanorum omnium, coxiſſe, nemo eſt qui ignoret. Alios alibi publicanos eſſe ſcimus: quidam etiam literis Heidelbergæ, liberalitate Electoris, operam dedit: quorum alii patrueles hujus noſtri, alii patrui fuerunt. Nunc ad patrem redeamus. Hoc ergo veſpillone atque æditua, in pago quodã non ignoto, natus eſt Gaſper Schoppius. Munus hoc Libitinarium dextre, ut ajunt, ac ſine fraude ulla*

haud vidi magis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*ulla diu exercuit, prorſus par illi: ut apparet ex facinore eximio, quod paſſim in hoc tractu circumfertur. Id autem eſt hujuſmodi. Hiberno quodam tempore, terra firmiter gelu conſtricta, ſepeliendum acceperat cadaver, cui jam ſepulchrum effoderat, ſed menſura breviore quam pro mole : ibi vir fortiſſimus, ne tanto in frigore terra deducenda eſſet, pedibus cadaver mutilat, & in foſſam quam ſepulchrum verius recondit. Paulo poſt corraſis alicunde nummis, in Poloniam profectus, typographo inſerviit : quo relicto iterum, circumforaneus inſtitor factus eſt, quales inprimis Sabaudi & Scoti aliique obire terras ſolent, & in tergo mercimonia vectare. Hujus quoque vitæ pertæſus, Marti & Bellonæ initiari voluit, & paulatim à caliga ad alia nonnulla aſcendit. Mortuo Frederico tertio, Electore Palatino, cum quædam ditionis ejus pars quam tenuerat, ad ſylvam Bohemicam, Io-*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*hanni Caſimiro ceßiſſet, filiorum ejus natu minori, pater ibi Schoppius in Palatinatum iterum Electoralem, ſive Bavariam ſuperiorem reverſus, in præfectura Burcktreſvviciana, tenue officiolum ac vile obtinuit, quod Notarium ſive Actuarium præfecturæ vocare poßis. Ibi fœnerando, emendoque ac vendendo frumento rem fecit. Poſtea inter fratres Ludovicum ac Iohannem Caſimirum, principes Palatinos, permutatione facta, hac occaſione Neagoram, ſive Novum-forum tranſlatus eſt, ut judicis ibidem fungeretur munere. Vix expleto tamen anno, bello Colonienſi, quod Gebhardi Epiſcopi gerebatur cauſa, ſeſe ingeßit, & cum ſine dubio illuſtre aliquod virtutis ſuæ ſpecimen dediſſet, Archilictor, ſive carnificum præfectus, nemine invidente, creatus eſt. Exempto deinde rebus humanis. Electore Ludovico, ſub Iohanne Caſimiro, impuberis agnati tutore, & Pro-electore,*

*ctore, ad prius relictam Burcktreſvvicianam præfecturam & priora facinora reverſus eſt. inque molendino, quod ibidem ſibi comparaverat, non indiligenter moluit. Poſtea rebus Neagorenſibus ad ſeditionem popularem ſpectantibus, cum res poſtulare videretur, ut præſidium oppidanis in officio continendis Neagoræ imponeretur, ibi militi præſidiario præfectus eſt Gaſper Schoppius. ubi homo Mercurialis cerviſiam, quam militi divenderet, ut & hoc ſtipendio accederet, coxiſſe dicitur. Ibidem & filiam & uxorem, quam è Pannonia adduxerat, ſecum habuit. quarum de utraque pauca jam dicenda ſunt. Ac mater quidem, cum ex obſcuro quodam Haſsiæ loco, Marpurgo non procul, oriunda eſſet, cum amatore quodam incertum an marito, in Pannonicam militiam abiit: quo quidem globo pridie trajecto, novo huic marito corpus poſtridie ſubſtra-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ſubſtravit. Itaque non alio quam ancillæ loco haberi à viro, ac duriſsimis quotidie laboribus in ordinem cogi. Contra vero, quaſi verſis rerum vicibus, ancillæ fortiſsimo Herculi adhærere, cibum una capere, & ſi res ita ferret, thorum genialem occupare, optima interim matrona, una cum filia, more Græcorum, procul à marito rem gerente; cui ne in conſpectum quidem viri prodire liberum eſſet. cujus rei cauſas alii alias eſſe arbitrantur. Superſunt certe plurimi, qui è noſtro frequenter audiverunt, cum parentem diceret ſuam, præclaram illam, ſi Diis placet, fœminam, cum Munſtero quodam equite Francone, quæ ibi familia inter reliquas cumprimis clara habetur, cubilibus conſueſſe. eorum certe libere cognomen uſurpavit. Quoties enim ſymbolum amicitiæ in adoleſcentum philothecas, qui mos hodie obtinet, referre ſolebat, totidem literis nomen conſignabat: G. S. à Munſter,

addito

*addito ad Scaligeri exemplum,* Fuimus Troes. *Donec Ingolſtadii à nobiliſsima ejus gentis matrona convictus eſt. cujus tamen minis nondum abſterreri potuit, quin Italis, ad quos poſtea profectus eſt,* gentilem hominem, *ut Longobardi vocant, ſe Germanum eſſe perſuaderet. In hac urbe Luſus diverſorum in Priapum poëtarum libero commentario illuſtravit, quo poſt hominum memoriam, nihil fœdius ab ullo cinædo aut lubidini omnium proſtituto in lucem editum fuiſſe, omnes fatentur. Exemplar manu auctoris deſcriptum diligenter ab amicis ſervatur; non ut res probetur quæ manifeſta eſt, ſed ut in ſanctiſsima Germanorum gente, re inuſitata prorſus & quæ fidem excedit, aliquis fuiſſe credatur, qui omnium antiquorum in hoc genere improbitatem exceßit. Extat ejuſdem, apud amicum noſtrum celeberrimum virum, alterum, cui manu ſua auctor inſcriptionem præmiſit,*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*miſit, quæ à vulgata aliquantulum diſcedit. Eſt autem talis:* Diverſorum poëtarum in Priapum luſus, Virgilio hactenus in volgatis libris aſſcripti. Cum commentariis Gaſperis Schoppii Franci. *Sed ad ſororem redeamus. Hæc ne fratre tali indigna eſſet, ſcelerato nupſit homini, qui (honor ſit verecundis auribus) conſtante matrimonio, obbrutuit: cum vacca enim conſueviſſe convictus eſt, & effugiendi cauſſa ſupplicii uxore deſerta ſe ſubduxit. quæ ſuperſtite facinoroſo illo ac fugitivo, alteri cuidam ſui copiam fecit, ac mox prægnans facta eſt. Ob id flagitium, cum in carcerem conjecta, ſupplicium vix evaſura eſſet, vinculis perfractis in Auſtriam pervenit, relicta adulterina apud patrem ſobole. In Palatina ſane ditione, deprehenſa ſi fuerit, publicam animadverſionem non evadet. Quæ cum ita ſint, ut diximus, de filia ſuperſtite,*

*apparet*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*apparet quam vere ad patrem ſuum ſcribat alibi noſter, vnicum ſe de tribus ſupereſſe liberis. Sororem quippe ob ſcelus capitale profugam atque extorrem, pro civiliter mortua, nec immerito, habet. Et de matre quidem ac ſorore hactenus. Pater filium, Neagoræ dum agit, Sereniſs. Electoris Palatini impenſis, primum Ambergam, ut ingenii cultum caperet, mox Heidelbergam, ac deinde Altorfum ablegat: cui poſtea gratiam præclaram retulit. paßim enim omnibus perſuaſit, patri ſuo magnam vim auri à principe deberi, quam ut perſolveret, ſe in pædagogio nutritum ejus ſumptibus fuiſſe. Neagoræ, tumultus cujus jam meminimus tempore, gladio ſe, annos (ut ajebat ipſe) decem natus & quatuor accinxit: ubi cum prædæ ſpes appareret nulla, continere ſeſe ferox adoleſcentis animus nequiit, quin parenti torquem, ut mos eſt gentis, aureis contextum nummis auferret.*

quos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*quos cum abliguriiſſet, pœnam militi ſuo publicam deſtinarat pater, quam aßiduis tamen amicorum precibus remiſit. ita manum carnificis tum quidem evaſit. Altorfii quibus ſtudiis fuerit addictus, Veriſimilium & Suſpectarum Lectionum libri teſtantur. in quibus literam interdum aut ſylabam magno apparatu, Plauto, Apuleio, & Symmacho reſtituit. hinc faſtus ille & omnium contemptus, ſolemni temporum noſtrorum vitio, ut ex profectu ſuo & ingenio, de aliorum ſtudiis investes pueri judicare ſoleant. Plauti ſcripta quoties ſacrorum librorum lectioni prætulerit, meminerunt partim alii: partim etiam profanam in adoleſcente ἀθεότητα clarißimus I C. Petrus VVeſenbecius gravißime aliquãdo damnavit. In Lucreciana vero philoſophia tantum profecerat, ut tonitrua & fulgura εὐκαταφρόνητα eſſe jactaret. quæ res juveni optimo nequiter pene expetivit. Nam cum aliquando*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*quando tempeſtate ſæviſſima ad feneſtram muſei ſui conſtitiſſet, fulmen dirum adeo cœlo cecidit, ut in caput ejus recta immiſſum videretur. Ex hoc tempore, inſanientis ſapientiæ conſultus, vela retro dedit aliquantum, & ſentire de his rebus aliter cœpit. Vigebat tum temporis Ingolſtadii in Bavariæ ducum Academia Obertus Giphanius, magni nominis I C. cui cum à clariſſ. viro, cujus tum menſa & in Græcarum literarum ſtudio familiari inſtitutione utebatur, Conrado Rittershuſio, commendari vellet, obtinuit quidem, ſed cum magno poſtea viri optimi & integerrimi dolore. Nam in ædes primum, mox in animum, poſtea in bibliothecam abſentis penetravit Giphanii, cui M S. Symmachi codicem ſubduxit: libros vero Obſervationum linguæ Latinæ invito domino percurrit, & ex iis quæ voluit furtim ſublegit. E quibus partim, partim emendationibus Plautinis, quas è Camerarii mem-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*membranis deſcriptas in ſuo Rittershuſius codice adnotarat, partim etiam reliquiis ſchedarum Modii, quas ab ampliſsimo Velſero, ſummo literarum patrono acceperat, duos illos, quibus primum innotuit, libellos corraſit. Hinc Servia illa & in Tertullianum nonnulla, quorum importuna cornicula tot locis meminiſſe ſolet. Quod quidem plagium, cum paſsim voce paſſim literis teſtaretur Giphanius, in præceptorem ſuum & doctiſsimum hominem erupit hæc vipera, & quæcunque undique poterat convitia in eum contorſit. Ingolſtadii cum eſſe, ſocietatem Ieſu,* Iberam parricidalem cohortem *publice edito carmine vocavit. quos petulantiſsimo poſtea ſcripto, quod Romæ plurimi viderunt, & è quo nonnulla hic adferri poterant, petivit. Ingolſtadio rurſus Altorfum, ac deinde Altorfo in Italiam ſe contulit, ac Veronæ aliquandiu hæſit. ubi odam in qua plurima de Scaligera gente*

*gente ac Ioſephi potiſſimum laudibus ſcripſit, concepit. quam V. C. Paulo Merulæ inſcripſit, & cum Arte ſua Critica publicavit. Ex Italia in Germaniam, ac perluſtrata ibi Tubinga, Auguſta, aliiſque urbibus. Altorfum, mox Altorfo Pragam, nihil jam ſpirans vulgare, profectus eſt: ubi cum nobiliſſimo VVackero Italiam denuo videndi occaſionem invenit: in cujus poſtea gratiam in Annalibus Baronii crucem quæſivit, &, ut prædicare ſolet, lucem invenit: Lipſii potiſſimum cauſa, à quo in ratione ſupplicii & ligni forma diſſentiebat. quanvis nec de cruce deſperemus, cujus inveniendæ cauſa tot moleſtias ſubivit. Paulo poſt Ferrariæ Panegyricum edidit in laudem Hiſpani, cujus tum nuptiis Pontifex benediceret, & ipſius Clementis* VIII: *in quo octo præclara ejus recenſet facinora, ut videlicet tanto dignus videretur nomine. quaſi nihil agere ex eo tempore,*

*pore, ſed cũ Epicuri Deo vacare, aut ad intermundia redire debuiſſet. Ferraria Romam repetentem Pontificem ſectatus eſt noſter, ut catella herum, aut pediſſequa dominum. Romæ vero Cardinalibus Madrucio, Baronio ſe applicuit, & Diedrichſtenio, ac potiſſimum Pontificis, ut vocant, datario. huic ut partes caperet (ita* διανομὰς *vocant inter clientes à datario factas) illis ut patinas lingeret, & in culinam pedem penetraret. Atque illis quidem nonnulla inſcripſit, hujus vero nomen in ſuo De Indulgentiis libro æternitati commendare voluit. Illud omittendum non eſt, quod de Patris judicio compertum habemus. nam cum in itinere hoc Italico ab illuſtri quodam creditore coronatos aliquot mutuo ſumpſiſſet noſter, eoſque reſcripturum eſſe patrem promiſiſſet, & jã mutuum ille à patre repoſceret, ibi tum pater nihil quicquam ſe debere reſpondit, ſi quid vellent, filium adirent, cujus animum*

*& mores*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*& mores ſe invito corrupiſſent Itali. Literis deinde hac de re ad amicos, hoc Germanice elogium adjecit, Filium ſuum nebulonem eſſe deploratum. Porro cum Romæ ocioſis partes dari non ſoleant, neque quicquam aliud adferre poſſet miſer literio, & qui tres toto vitæ tēpore auctores vidiſſet, indagare Germanos cœpit, quotquot Romam ſe conferrent. Itaque vix quiſquam paulo nobilior in urbem venire, quem non ſtatim è latibulis canis protraheret, & ad eos, quibus hoc commiſſum eſt, deferret. Neque tum primum, cum in urbem veniſſent, verum multo ante, qui, quando, cujus gratia adventuri eſſent, præſciverat. Neque his tamen contentus eſſe, quæ præberet novo civi Roma, verum opibus etiam in Germania Bohemiaque inhiare, ſperare ac ſpirare canonicatus, Archidiaconatus, & alia eccleſiaſtica viventium beneficia. Romæ etiam, uti notum eſt, fieri Hiſpanus voluit, ut Epiſcopo aut Sacerdoti, quos*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*ibi eſſe plurimos ſciebat, proxime morituro ſuccederet: quæ tamen ſpes decollavit. Aliquanto poſt apertam à ſe clauſamque portam auream Clemens Octavus. P. M. vitam quoque clauſit, cui poſt alium brevis ævi pontificem tandem Paulus V. ſucceſſit. Sub hoc Pontifice non eadem fortuna Scoppio remanſit. qua de re miſerabiles ejus ad nobiles aliquot adoleſcentes extant literæ: quarum nonnullas aliquando publico non invidebimus. Cum ergo* ἐρισικὰς *ſuas ineptias, quas ille Theologica ſcripta vocat, frigore feriri videret, aliud excogitavit, & ad argumentum plane* ἄδοξον *animum appulit. ne quis de Stoïca ejus conſtantia, quorum ille ſcita poſt præſtantiſſimum hominem Iuſtum Lipſium, hoc eſt gracculus poſt aquilam, libro integro perſecutus eſt, dubitare poſſit. Magnum enim & horribilem librum, quo tetrius ne ab ipſis quidem Furiis quicquam*
*excogitari*

*excogitari poßit, in Ioſephum Scaligerum, cujus ſcripta, ut fatetur, ſine* * horrore *olim &* relligione *legere non poterat, quem* * regibus omnibus & principibus, *exquiſitißimo adulationum genere, ſuperiorem fecerat, evomuit. Partim ut ex viri tanti ignominia laudem ſibi pararet, partim ne communes loci perirent, quos ille tanto judicio ibi ingeßit.ut ſine nauſea ac faſtidio nemo legere aliquot paginas poßit. Nam & artem jocandi penitus abſolvi, & de maledicendi ratione integrum volumen intexuit, &, ut illi quibus mens laborat, omnium quæ ab aliis conſcripta ſunt compendia infarcit. Sed cum his fabulis nondum apud omnes locum eſſe cerneret, & de reliquis jam deſperaret, reditum in patriam paravit, ac primum Venetiam profectus eſt. Promulgata erat paulo ante capitalis ſententia in ſicarios aliquos (aſſaſinos vocant) qui Paulum* illum

* *In Critica arte.*
* *ibid.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*illum Servitam, cujus ſcriptum pro aſſertione juris Venetæ Reip. in manibus omnium verſatur, aggreßi fuerant, & vulnera aliquot, quæ tamen lethalia præter mentem eorum non eſſent, inflixerant. Eo ergo tempore in urbem cum veniret, juſſu magiſtratus in carcerem deductus eſt, quaſi rei hujus conſcius, aut qui alterius eo explorator veniſſet. nemo enim ignorabat quibus Romæ artibus vixiſſet. Et occaſionem certe amiſerunt optimam. Hic enim ille eſt, qui ante annos aliquot Veronæ, Venetos, prædones, ubi de Scaligero loquitur, carmine Noribergæ edito, appellare his verbis non dubitat,*

Sceptra ille avita ut perdiderit, ſuæ (feros
Sedemque gentis, nunc videat
Tenere prædones.

*Dimiſſus in Germaniam rediit, ac domum poſtremo, patre mortuo, ad matrem, adeundæ hæreditatis cauſa, veniſſe dicitur: quæ à magiſtratu eam ob*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*cauſam ſequeſtrata putatur, quod pater clariſſimus ille & fortiſſimus, ut à filio vocatur, præfectus, qui in Palatinatu domiciolum coluerat, publicum vectigal, quod de bonis ac cerviſia inferri ærario ſolet, fraudarit. cujuſmodi ibi fures, aut ſaltem Norimbergæ, ſeveriſſime plectuntur. Et de moribus viri illuſtris, nobilitate, ac proſapia hactenus.*

---

# Ex Epiſtola I C cujuſdam, Conſiliarii Cæſarei, & amici noſtri Schoppii.

ROmæ etſi in itu & reditu, quaſi ad tres ſeptimanas fuimus, tamen in Gaſperem non incidimus: quam partem felicitatis non exiguam ego exiſtimo. Vidi quidem hominem bis aut ter: ſed

ille me habitu & veſtitu peregrino ex induſtria utentẽ non agnovit, etſi diligentiſſime annum amplius ſemper de noſtro adventu ſciſcitatus fuit, neq;, ut opinor, malo animo. Prædicavit enim apud alios me ſuæ felicitatis non poſtremam eſſe occaſionem, ſi tamen eſt felicitas, ſumma, meo quidem judicio, miſeria. Edidit Romæ libellum de ſua converſione, ubi prolixe mei mentionem ſatis honorificam fecit. Inquiſivi diligenter de hominis conditione. Non certe ea eſt, quã multi in Germania ſomniant. * Famelicus eſt, ut antea. Habet habitationem annuam cum lychnis & parte lignorum, *&c.* ne theſauros miſerum colligere cogitemus. *& paulo poſt.* Patronum habuit maximum Cardinalem Madrucium. Is cum Romæ eſſemus, magno ejus luctu obiit. Et certe habet

** Credo equidem, nec vana fides.*

habet quod doleat. Statim enim ſenſit jacturam. Omnibus, qui in ejus familia fuere, data fuit veſtis lugubris, præterquam Gaſperi. Legatum etiam relictum vocatur in dubium, & ut nonnulli ejus amici mihi retulere, plane negatur. Credo, niſi plane in ſenſum reprobum datus eſt, cum tempore, magno ſuo dolore agniturum hominem quid fecerit.

## Fragmentum epiſtolæ Scioppianæ.

POſteriores illæ, de quibus ſcribis, recte mihi ſunt redditæ: illa non item, quam primam de Canonicatu ad S. Crucem ſcripſiſti, *&c.* De * Archidiaconatu nuper tibi ſcripſi, ſi forte contingat Landum obire, ut tu quam diligentiſſime cauſam

* *Navita de ventis, de tauris narrat arator*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

meam agas. Quis enim me fortunatior, ſi utrumque ejus beneficium ego ſimul & ſemel conſequar? Nam in Cathedrali Eccleſia res eſſet certa, quia his diebus denuo Pontifex datario mandavit, ut ſi quam bonam Prælaturam vacare contingat, eam mihi conferat. *Paulo poſt.* Illuſtriſs. Cardinalem Madrucium 21. Aprilis obiiſſe haud dubie accepiſtis. La parte 40 diebus poſt obitum omnibus familiaribus præbetur: inter eos & mihi. Quibus finitis partem mihi ſive diaria à Pontifice certo promiſit datarius, dixitque ne ea de re ſim ſollicitus. Si eam impetraro, ſum beatus, *&c.* Romæ in Vaticano ad S. Petri. a. d. Maii. Anno ſæculari ſacro.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

## Ex nobiliſs. viri literis XXVII. Ian. cIↄ.Iↄ.c. VIII. Amberga datis.

APoſtatam illuſtrem Schoppium me vidiſſe Ambergæ ſignificavi: ſi faciem videas, Italum dicas; ſi veſtem, equitem; ſi faſtum, Hiſpanum: Germanum vix lingua refert. Plenus rimarum homo, ac inſtituti ſermonis, & ſui ipſius perſæpe obliviſcitur. Diſtinguit inter Proteſtantes & Hæreticos. Italiam viris doctis carere: hiſtoriam Thuani mendaciis ſcatere: inter Ieſuitas viros eruditos paucos, pauciſſimos bonos reperiri ait. De diſſidiis quæ cum inquiſitoribus Dominicanis & aliis exercet, miranda: de Papæ & Regis Hiſpanorum erga ſe affectu ſtupenda, de dignitatibus quas adeptus eſt, infanda narrat:



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ſe civem Romanum, nobilem, Hiſpanum, Palatinum Comitẽ. Non diffitetur carceribus ſe detentum fuiſſe Venetiis per biduum: ſed leniiſſe longa oratione Senatores,& in ſuam ſententiam pertraxiſſe, ut non modo innocentem ſe, ſed & multis honoribus ornatum dimiſerint; biduo poſt Paulum Servitam vulneratum, hominem(ſic ipſe loquitur) non indoctum non timidum. Libros de Antichriſto circumfert, quibus aperte demonſtraſſe ſe ait, Romanum Papam non poſſe eſſe Antichriſtum. Clementem, inquit, habui clementem, ſed hic me magis æſtimat. & mille talia.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

## Ex aliis ejuſdem xxv. Iun. Gallice ſcriptis.

*Monſieur le Lantgrave de Luchtenberg a eſté icy, & Schoppius avec luy, qui a tenu rang de conſeillier & ſecretaire de l'Archiduc Ferdinand. C'eſt un admirable courtiſan, ſa langue eſt comme un reſort d'un horologe, qui eſtant debandè une fois, ne ſe peut arreſter. Il ſe vante d'avoir mis en la teſte du Pape, que les heretiques d'Allemagne ne ſont point heretiques in forma, mais bien in materia, & par conſequent tolerables non bruſlables, &c.*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

# Ex lib. II. Iamb. Dominici Baudii de eodem.

*IMpure ſcurra, pectus oppletum probris,*
*Tagax Laverna, tu-ne litteras manu*
*Contingere audes hac ſacerrumum caput,*
*Qui nil in auras edis, aut chartæ illinis*
*Præter neſanda monſtra verborum, quibus*
*Lupanar erubeſcat obſitum ſtupris.*
*Non hæc cinædus ipſe Romulus feret*
*In cujus urbe & arce fixiſti pedem,*
*Vt oblatrando, nam loqui neſcis canis,*
*Offam mereri Cerberus nocens queas.*
*Fruſtra ſedes, ſpeique falleris tuæ:*
*Namque odit ipſe te pater Pluto, ſcelus*
*Crimenque terræ. nulla te poteſt ſalus*
*Sanare. crux, & uncus, & flammæ truces,*
*Et expiare quidquid impios ſolet,*
*Tibi parantur, ſi nefaſtis incubat*
*Vltrix Megæra. ſeu furore percitus*
*Oeſtroque mentis actus in vates ſacros,*
*In litterarum principes jactas probra:*
*Seu ſobrius ſiccuſque nec ſenſu minor*
*Domo attuliſti ſponte meditatum nefas:*
*Supplicia fais digna talibus feres,*
*Sonti nec ullus proderit color vafra*
*Quæſitus arte, quominus pœnam luas.*
*Fortuna quippe ſentit ultorem Deum*
*Quum non videnda vidit. hinc vates caret*
*Thebanus orbe luminum, hinc Actæonem*
*In fruſta diſcerpſere privati canes.*
*Nil ergo refert fonte quo fluat ſcelus,*
*Dum dictione Apollinari certius*
*Tibi paratam noris in mundo crucem.*

FINIS.

# CONFVTATIO STVLTISSIMÆ BVRDONVM

*Fabulæ, Auctore I. R. Batavo, Iuris Studioſo.*

NOn nova res eſt invidia, candide lector, neque nunc primum nata. Omne ſæculum eam tulit: omne feret. atque adeo nunquam deerunt invidi, quandiu exiſtent, qui invidiæ opportuni ſint, homines præſtantiſſimi. qui quidem eam evitare non poſſunt, niſi ſe illis artibus abdicent, propter quas improborum obtrectationem incurrerunt, atque, ut uno verbo dicam, eorum odium virtute relicta placent. Quod enim literarum proprium eſſe



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

oportebat, ut fera ingenia ad mã-
ſuetudinem traducerent, eæ hodie nihil aliud ſunt, quam feritas quædam animi, & barbara immanitas, quæ dolorem ex inſcitia, cujus ſibi conſcia eſt, in iis perſequitur, quorum virtutibus ideo obtrectat, quia eas aſſequi nequit, imitari deſperat. Ne quis longe petat tanti odii cauſſas, ſciat hodie magnum crimen eſſe, te ſcire, quod nemo aliunde, quam ex te, ſcire potuerit, aut te eſſe alicujus præclaræ rei auctorem, quæ alteri in mentem non venerit. Itaque quum vident antequam perveniant ad minimam earum virtutum, quibus invident, ſibi per multa impedimenta eluctandum eſſe, deſperatione meliorum rerum ad maledicendum ſeſe comparant; & nova vel potius ſtulta ſcribendi via ad commendationem no-

minis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

minis ſui graſſantur, ut ſe doctos credi poſſe ſperent, ſi alios indoctos probare poſſint; quaſi doctos eruditione ſuperare minor gloria ſit, quam de inſcitia triumphare: quo ſi vincere non poſſint, unicum ſubſidium ſupereſt, ut ad inuſitatum & inauditum genus quoddam calumniarum ſeſe convertant: qua in re ita vires ſuas, & ingenia ſubegerunt. ut præcepta criminandi ſoli edere & docere poſſint, neque ullus pluris ſit, niſi quantum in maledicendo profecerit: neque vendibilior merx vulgo, quam petulans, & protervus liber. Et certe non alii, quam huic ſæculo, convenientius erat nefaria ſcripta naſci, quo bonæ artes incipiunt deſinere. Nam non ita pridem quum illæ vigerent, tunc illas diſcere, quam aliis invidere, malebant. Nunc quia eas diſcere nolunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

nolunt, aliis eas invident. Tunc homines propter literas in precio erant: nunc literæ propter homines ſordent. Sed parum erat ſordere, niſi etiam propter eos in viſæ eſſent; quandoquidem nihil tam ſanctum eſt, ad quod profanandum literarum miniſterio non abutantur. Et mirabimur, quum quotannis tot millia librorum, tantæ moles voluminum in lucem prodeant; in illis vix unum eſſe, à cujus lectione aliquis melior diſcedat, imo potius non peior ſeipſo evadat, ſi cum aliqua voluptate perlegerit? Nam difficile eſt, ut contagio quædam improbitatis ex eo libro ad eum non perveniat, quem à legendo petulantia calumniarum non deterruerit. quia libenter eorum mores imitamur, quorum ingeniis gaudemus. Itaque ad maledicendum, qui ſuopte
te

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

te ingenio non incitatur, exemplo aliorum pertrahitur, ut quẽadmodum illi, ex ruinis alienæ exiſtimationis ſibi gradum ad famam ſtruat. Offendit aliquis in verbulo, in literula? Crimen eſt, non error. Aliud pro alio dixit? Flagitium eſt, non hallucinatio. Diſſentit à magiſtellis? Examen crabronum concitavit. Quotus quiſque denique liber hodie ex tot millibus ortum ſuum & incrementum non accipit ab occaſione maledicendi? Mutus erit, qui obtrectare neſciet. Lectorem non habebit, qui maledice & contumelioſe non ſcribet. Et tamen ſcribendum eſt. Nam is eſt paſtus hodiernorum ingeniorum. Aliter homines quieſcere non poſſunt. In tanto pruritu ſcripturientium quid faciendum eſt, ſi nihil in vita, & in ſcriptis aliorum eſt, quod reprehenſioni

locum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

locum det? Ruſticus eſt, qui hic hæret. mentiendum eſt: ſcripta excellentia interpretatione extenuanda: vita innocenter acta calumniis longe arceſſitis oneranda. claritas generis præconiis obſcœnitatis obſcuranda. Sterile ingenium hominis maledici eſſe oportet, qui in tanta mentiendi licentia, in ſæculo tam feraci contumeliarum, materiam ſcribendi ſibi defore veretur. Latiſſimum campum habet, in quo ingenii acumen periclitetur, ſi qui probi, docti, & nobiles ſemper ſunt habiti, artificio mentiendi eos improbos, indoctos, terræ filios probet. Nihil enim eſt, quod avidum lectorem magis invitet, quam inopinatum argumentum. Ecquod magis inopinatum, quam ex heroibus mancipia concinnare, ex illuſtribus ſartores? quum contra hodie ex

ſubulcis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ſubulcis οἱ πάνυ facti ſint, & plus illuſtrium una declaratione naſcatur, quam fungorum una pluvia? An aliud legent, qui in libros quindecim ab hinc annos editos inciderint? Chriſtianiſſimus Rex omni laude dignus, ſed omni major, quomodo à propudiis & portentis hominum acceptus eſt editis libellis ante octo plus minus annos? Quid, quod in viliſſimum caput dici poteſt, in tanto rege infamando omiſſum eſt, in ſcriptis, in concionibus, in familiaribus colloquiis? Horreſcit animus ad monſtra mendaciorum, ad effrenatam impudentiam, ad indomitum furorem auctorum. Sed hic eſt ſæculi morbus. neque mirum eſt mundum in tanto ſenio delirare. ſenectus ipſa morbus eſt: & diu eſt, quum mundus æger cœpit deſipere, & loqui aliena. atque utinam ha-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ctenus deliraſſet. Sed dementia in atram bilem erupit, & vanas imagines accepit: jam vera φρε-νῖτις facta eſt. Vnde non umbratilibus Criticæ velitationibus, ut antea, ſed cruentis præliis decertatur. Nam in illo Amphitheatro turpitudines, in quo omnes omnium ordinum probi, docti, & ſummi viri traducuntur, quid reliquum factum eſt ad ſcelus, ad impudentiam, ad licentiam mentiendi? Vt alia taceam, in illo Iulius Cæſar Scaliger cucullatus producitur. &, quod lepidiſſimum eſt, ab iiſdem excucullatur: ut ex illis non pudor, ſed abſurditas mendacii illam confeſſionem extorſerit, ſe non certo, ſed per conjecturam id dixiſſe, quod alioqui nemini ſano perſuaſiſſent. Tanta eſt vis veritatis. Tam feſtinam caluminæ ejurationem non minus mirantur do-

cti &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

cti & probi homines, quam titulum libelli, quo eam teſtati ſunt: VINDICIÆ PRO IVSTO LIPSIO ADVERSVS IOSEPHVM SCALIGERVM. Ioſephus Scaliger epicedio proſecutus eſt memoriam amici ſui Iuſti Lipſii. Pro ea pietate erga amicum vindiciæ adverſus poëtam poſtulantur. Mirum vero M. Antonium adverſus inimicum ſuum M. Tullium vindicias non poſtulaſſe pro Servio, quem divina. Philippica X I ille mortuum laudavit. Quis unquam legit vindicias à Prætore adverſus ullum laudatorem poſtulari? Quis Labeo, quis Servius hoc jus dictavit? Paulo ante, ut ajunt, quidam, qui otium ſuum concoquere non poterat, poſtulavit vindicias adverſus Ioſephum Scaligerum pro Catulli Ciri. Vtræ vindiciæ feſtiviores ſint, naſutis

expen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

expendendum relinquimus. Pædagogica ſunt hæc, & pædagogis relinquenda. Si enim tanti eſſent, dicendum ſimul fuiſſet de loco Tertulliani, quem acuti homines in illis Vindiciis tam infeliciter tractarunt, quam inepte Ioſephi correctionem calumniati ſunt, ut una opera & ſuam imperitiam, & pruritum reprehendendi teſtarentur, quum jam pæana ante triumphum canerent. Verum admoniti vix tandem ſilentio faſſi ſunt, quod voce profiteri erubuiſſent. Sed redeo ad illud ſacrarium Apoſtolicæ modeſtiæ & humanitatis: Amphitheatrum dico. In eo divino opere, neminem eorum, qui in eam arenam producuntur, illæ Erinnyes magis inſectatæ ſunt, quam Ioſephum Scaligerum. Si cauſſam odii ex illis quæras, advocationem petent, & longa tandem con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

conſumpta deliberatione, nihil aliud reſpondebunt, quam, *Non amo te Sabidi, nec poſſum dicere quare.* Sed Ioſephus neque mirari debet hoc ab illis fieri, qui nihil ſine maledictis ſcribere ſolent, neque indignari ſe ſocium calumniarum ſummis viris adjunctum eſſe. Tantus vero illum inſectandi furor fuit, ut ei conficiendo nihil reliquum eſſet, præter ſicam, aut pulverem tormentarium. Sed quia hæ mortes regiæ ſunt, non plebeiæ, felicitate inſperata uſus eſt, quæ illum ab hoc periculo vindicavit, quod Burdo ex Scaligero factus eſt. Sic cum præter expectationem non aliena miſericordia, ſed ignobilitas ſua tutata eſt. Atqui diſertiſſimi homines, tunc quum in illo fœtu parturiendo eis omnes ſycophantiæ obſtetricarentur, neſciebant unde iſte Burdo, vel Bordo-
nus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

nus (in veteribus enim codicibus Iaponenſium ante centum millia annorum plus minus ſcriptis hoc nomen ſic varie conceptum eſt) neſciebant, inquam, unde tam ſubito Scaliger in Burdonem mutatus eſſet, neque quis tam ſcurrilis commenti auctor fuerit: in quo non feliciores fuerunt, quã in bardocucullo Franciſcano Iulii Scaligeri, qui quidem Burdo in Euganeis natus eſt, in Seraphicum ordinem in Brabantis cooptatus. Scribit itaque Lilius Gyraldus in libellis de poëtis recentioribus, Iulio Cæſari Scaligero prius cognomen Burdoni fuiſſe. Sabini quod volunt ſomniant. Poſtquam ille locus Gyraldi innotuit, nulli Burdones, Bordonii, Bordoni, in Italorum ſcriptis extant, qui non crediti ſint eſſe is, qui poſtea Iulius Cæſar Scaliger dictus fuit, homo ſcilicet tricor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

tricorpor genere Geryonaceo. Primus, aut in primis, qui hoc tam ſolerter inveſtigavit, is fuit Antonius Riccobonus Rodiginus, profeſſor artis oratoriæ Patavinus, vir, ut amici ejus credunt, eruditiſſimus, ut ſcripta ejus teſtantur, minorum gentium magiſtellus: *Ruſticus, abnormis, pingui, craſſaque Minerva.* Reliquas virtutes ejus non tangimus. *Dicere nos Latium non decet opprobrium.* & præterea manibus ſepultis inſultare, quanquam id ejus impudentia merebatur, non noſtrum eſt, qui amphitheatra non extruimus. Is, ut amici non ſemel eum minantem audierunt, jactabat ſe inſitivos Scaligeros ex manipulo expuncturum: atque adeo ſe jam in mente habere librum de Burdonia ſtirpe edere. Sed interea mors hominem occupat, & præclari operis incœptum interrumpit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

rumpit, magno non ſolum rei-publicæ literariæ, ſed etiam ipſius damno. Nam qui ex prioribus ſcriptis nihil præter contemptum meruiſſet, ex hoc vernili commento ſaltem à fatuis aliquam gratiam iniviſſet: & jam ad id viam ſibi muniverat, aliquot ante obitum ſuum menſibus familiarium ſuorum ſpes hoc promiſſo lactans, quod in animo habebat, ſed nondum chartis mandaverat. Quare jam fervebat fabula de Burdone: quam non invitus excepit Melchior Guillandinus, qui natus, altus, educatus in Pruſſia, Prutenum ſe negabat, atque in genere omnes Teutonas bardos, ſtipites, barbaros, ebrioſos vocabat. Amici & admiratores ejus, qui de multis hodie non pauci ſuperſunt, ſciunt me vera dicere, & nihil ipſum exiſtimaſſe magis in contumeliam ſuam dici



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

potuiſſe, quã ſi Prutenus, aut Germanus haberetur. Superbiam, arrogantiam, contemptũ omnium narrarẽ, niſi ii, qui unice illum admirati ſunt, id melius, quam ego, ſcirent. Is igitur memor verborũ, quibus Ioſephus Scaliger notis ſuis in Feſtum ejus protervitatem caſtigavit, omnes rationes ulciſcendi doloris ſui quæſivit, quas quum inire non poſſet, tandẽ vel à pecore Rodigino, vel à non meliore Alaſtore monitus de Bordonio, ſatis hoc ad vindictam eſſe putavit, ſi quemadmodum ſe ipſe ex Germanis, ita Ioſephum ex Scaligeris eximeret. Sed quum hac fabula dolorem ſuum ſolaretur, priuſquam hoc ulli, præterquam paucis, perſuadere poſſet, ad plures penetravit, in quibus patriam ſuam invenit, quam vivus in natali ſolo habere noluit. Quia vero maledicendi multi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

multi ſunt traduces. & in multorum aures propagantur, tanta fuit illius mendacii gratia, ut illud non paucis perſuaſerint propudia potius hominum, quã homines: in quibus Terræ omniparentis alumnus, Athamante Tragico dementior, ab umbratili futilium controverſorum locorum pugna profectus ad manum cum melioribus conſerendum, nihil inexpertum, nihil intentatum reliquit, quo deploratos & depoſitos controverſos locos ad vitam, ſi qua poſſet, revocaret, non rationibus, non demonſtrationibus, ſed, quomodo ignavi canes ſolent, latratibus & clamoribus procul inſectando. Poſtquam febriculoſo ſcripto, in quo impudentiſſime Ioſephum nominis Italici obtrectatorem vocat, ſe nihil aliud conſecutum videt, quam ut quæ paucis nota

erat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

erat, omnibus teſtatior eſſet ejus inſcitia, tantum dolorem ferre non potuit. Idcirco eadem via, qua Melchior Guillandinus, ignominiam controverſorum locorum perſequi, atque ulciſci decrevit. Omnes nominis Scaligeri hoſtes (ſunt autem iſthic non pauci, & quidem, quod illorum feritatem arguit, ſine ulla cauſſa) ambire, prenſare, literis interpellare non deſtitit, ut de Burdonibus quæ audiviſſent, quæ ſomniaſſent, quæ commenti eſſent, ſecum communicarent. Tam juſtæ hominis ornatiſſimi & doctiſſimi petitioni deeſſe nefas duxerunt homines illius ſimillimi. Itaque convectantur moles, jaciuntur fundamenta. Inſtant ardentes Tyrii. pars Burdones, pars Bordonios, alii Bordonos conferunt. Hi Sartores, illi Miniatores, alli tonſores ſuppeditant. Hinc Fla-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

mines Genealogias verniles, illinc Telchines olentes bardocucullos λοξαυχένων ſubminiſtrant. *Fervet opus, ſpirantque cavi mendacia folles.* Hac ſupellectile inſtructo circulatori nihil deerat ad illam mercem extrudendam, præter inſtitorem audacem, confidentem, ſtolidum, omni genere flagitiorũ contaminatiſſimum. Maluit enim homo vafer ſe ejus mimi poëtam eſſe, quam actorem. Non longe petendus fuit. neque enim verendum erat, ne ibi fruſtra quæreetur, ubi Ioſephus tot hoſtes immerito nactus eſt. Commodum igitur obtulit ſeſe homo, quo ſceleſtiorem, impuriorem, execrabiliorem ne ipſa quidem Tiſiphone apud inferos invenire potuiſſet, pecus ex omnibus criminibus & flagitiis concretum, fur, maledicus, impudens, ſtercoreus, patre veſpillone,

ne, matre ſcorto militar igenitus, frater ſororis publicarum libidinum victimæ: quem fames Romam evocavit, fames Roma expulit. Nihil dico, quod non ex Germanis ipſis, quum iſthic eſſem ſuperiori anno, didicerim, præſertim ejus intimis, qui in adoleſcente ſemina nequitiæ jam animadvertebant, quorum incrementa in grandiori ætate nunc deteſtantur, qui ejus vitam, furta, impietatem, dicta nefanda erga Deum, furorem, invidiam erga doctiſſimos quoſque norunt: genus autem ignorare non poſſunt, qui patrem, matrem, & ſororem in oppido ſuperioris Palatinatus Neumarchia viderunt, quarum illæ veſpilloni ſuperſtites ſunt adhuc in luce hominum, in florentiſſimo theatro Europæ, ut uno verbo complectar, in Germania. Nam



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

alioquin ipſum ſcelus ego Romæ vidi, & conveni, &, quominus me in ejus familiaritatem intromitterem, in cauſſa fuit capitis diſcrimen, quod vitare non poſſunt probi, qui nimis ei familiares ſunt, præſertim Germani & Belgæ, quibus quotidie inſidias ea peſtis ſtruit, hoc facto aliquam ſe initurum gratiam ab iis ſperans, qui illi negotium dederunt advenarum Teutonum, & aliorum nomina deferendi. Et mihi id periculum imminebat, niſi maturius mihi proſpexiſſem, & à talis portenti congreſſu me abſtinuiſſem. Quum primum illum conveni, nihil ſpirabat præter opima ſacerdotia, qui tamen in diem vivebat, vel potius eſuriebat, bonorum omnium odium, in quorum perniciem unius cœnulæ ſpe redimi poſſit. Interea Roma me eduxerunt amici, ut



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

una Neapolim proficiſceremur.
—— *ſic me ſervavit Apollo.*
Porro homines alienæ virtutis, & nobilitatis obtrectatores, etiam ſi totum orbem peragraſſent, non poterant magis idoneum furoris, impudentiæ & improbitatis ſuæ miniſtrum invenire. Quare quæcunque illi ſacer Terræ omniparentis alumnus, Stygii Telchines, Cercopes, Mazzardini contribuerunt, ex iis immanis inſanus conflatus eſt liber, vel potius theſaurus mali, cum quo ne ipſum quidem Amphitheatrum peſtilentiæ conferendum eſt, ſive protervitatem maledictorum, ſive mendaciorum effuſam licentiam ſpectes. Quum igitur nemo perditis moribus non ſibi injuriam facere videretur, ſi in illud epulum ſymbolam ſuam non daret, non eſt quod ſtili varietatem levitati Furis potius,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

quam tot nebulonibus adſcribamus, qui illi operas ſuas contulerunt. Quot enim varietates in illo periſtromate occurrunt, tot acupictores ſunt. Ioſephus Scaliger propter ſua erga bonas literas beneficia odium & invidiam ſceleſtorum mancipiorum in ſe concitavit: propter Ioſephum pater ejus Burdo, miniator, tonſor, cœnum, piaculum, agyrta cucullatus vocatur. Quæ vos, immanes beſtiæ, amentia agitat, ut propter vivorum invidiam manes ſepultorum ſolicitetis? Quis hoc jus introduxit? *quæve hæc tam barbara morem Permittit Patria?* Quis auctor tantæ inhumanitatis? Hoc fortaſſe poſteri imitari poterunt. Certe poſt hominum memoriam nunquam factum, quum de doctrina, de literis, de virtute certamen eſſet, ut de ſtatu controverſia moveretur. Quid enim

tantam invidiam Ioſepho conciliavit, niſi ſua virtus, quæ illorum ignaviam, imperitiam, illiberalitatem ſollicitam habet? Iulium Cæſarem Scaligerum non ſua virtus, non præclara ſcripta, non ſplendor generis à contumelia vindicare potuerunt: non divina illa oratio, quæ non ſolum in Germanorum, qui in obſidione Viennenſi occubuerunt, ſed etiam in ipſius Germaniæ laudem cõſcripta eſt, impedire potuit, quo minus illa mendaciorum, contumeliarum, conviciorum cloaca in urbe Germaniæ metropoli ederetur, & in ea gente ejus nobilitas proſcinderetur, quam ille totius Europæ nobiliſſimam, fortiſſimã, fidiſſimam dixerit, cujus multis obtrectatoribus Iulius inexpiabile bellum indixerat. Certe aut Germania hac oratione indigna eſt, aut orationis auctor ea contume-

tumelia. Hanc Germani gratiam viro tanto, tam bene de vobis merito rependitis? Hoc ferre poteſtis? Hoc diſſimulatis? Hoc ſcelus inultum patiemini? Iam habetis cauſſas, quibus inſtructus Fur, vel potius Furia, alienæ impudentiæ nomen, operam, & animum ſuum auctoravit, quum putaret ſe illis gratificari, quorum ſemeſas reliquias, & tepidum jus quotidie liguriebat. Alioqui fame illi pereundum erat, niſi in eum impius eſſet, à quo nulla injuria provocatus fuerat. Qui vero illi in tanto ſcelere præiverunt, quum nihil haberent, quod Ioſepho objicere poſſent, niſi quod illorum diſſimillimus ſit, neque invenirent, quo illius vultum rubore ſuffunderent, aut ejus vitæ, ac moribus labem aſpergerent: quod unicum reliquum erat, ut ejus genus non cuniculis

oppu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

oppugnaret, ſed aperte peteret, illi auctores fuerunt. quo nomine ingens drama confectum eſt, cujus protaſis Burdo, & Bordonus, epitaſis plauſtra conviciorum, cataſtrophe, amphitheatrales bacchationes. Ad epitaſin & cataſtrophen reſpondere, non eſt hominis pudentis & ſobrii, ſed ejus, qui verecundiæ fines tranſilierit. Quem enim falſa crimina movent, is ea agnoſcere videtur. Qui ad ea reſpondet, ſui obliviſcitur, criminatori honorem habet. Quæ vero de genere & luteis Burdonibus dicta ſunt, quia etiam multi ea videri vera volunt, quæ tamen ipſi non credunt, ea certe negligi ſine ignaviæ ſuſpitione non poſſunt. Non enim propter tenebriones, qui ea confixerunt, diſſimulanda ſunt, ſed propter eos confutanda, qui aut per ignorantiam vera



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

credunt, aut per malitiam credi volunt. Quæ quum Ioſepho expoſuiſſem, eumque monerem permagni intereſſe tam exiſtimationis ejus, quam amicorum, qui ei bene conſultum volunt, earum rerum rationem habere, quæ neglectæ ipſi probrum, confutatæ inimicis infamiam inferunt: non ſolum magno meo dolore ab ipſo repulſus ſum, ſed etiam idem ſæpius fruſtra tentans offenſionem ejus incurri; quum ille quid retrimenta hominum de ſe ſentirent, loquerentur, ſcriberent, ad ſe pertinere negaret: viros autem quam plurimos ſumma & dignitate & eruditione auctores ſibi eſſe diceret, ne ita loci ſui & exiſtimationis obliviſceretur, ut vel ea quidem legere, nedum confutare, dignaretur. Iam menſes ſex amplius fluxerunt, ex quo ego & amici quotidie tam rigidum ejus propoſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

propoſitum flectere, & hanc, ſi ita vocanda eſt, conſtantiam expugnare conati ſumus, quod quum fruſtra hactenus à nobis tentatum eſſet, vix tandem hoc ego ab eo expreſſi, ut ſaltem ſe conſuli pateretur ſuper iis, quæ nemo, præter illum, nos docere poſſit. Ea vero ſunt, quæ ſcurrarum otium de Burdonibus luſit. Convitia vero & reliqua probra ad ſuos auctores redire, & intra Amphitheatrum ſuum ſeſe continere, aut in foriis mallei maleficatum latere, aut in controverſorum locorum fimeto obſoleſcere patiemur. Quæ autem de Burdonum ſtultiſſimo mendacio confutare inſtituimus, Lectores obteſtamur, ne ideo à nobis ſuſcipi putent, ut honeſtos viros, qui de Iulii Cæſaris Scaligeri genere nunquam dubitarunt, in ſententia confirmaremus (fruſtra enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

enim monentur, qui in propoſito perſeverăt) ſed ut ruborem, ſi qua poſſumus, ab ipſis exprimamus, qui hanc fabulam flabellis malitiæ ſuæ ventilarunt, quăvis ſerio diſſimulant, & intra nomen Furis ſe tuto latere putant, quum tamen nobis verba dare non poſſint: qui ſi Furiæ illi nihil contribuiſſent, nihil ille pater eſuritionum habuiſſet, quod ſcriberet, ſaltem quo unam cœnulam mereret, ut in culinis procerum purpuratorum tridui famem pridianis reliquiis placaret. Hoc unum duntaxat curæ erit, ut & mendacium ipſum profligemus, & antiſtitibus mendacii os occludamus, non autem ut canes latrare prohibeamus, aut ut videamur impuro veſpillonis filio reſpondere. Quæ enim laurea inde expectari poteſt, unde nihil præter dedecus reportatur?

Οὐ

Οὐ γὰρ πρέπει γυναῖον, ὡς ἐγὼ
Φρονῶ,
Οὔτ' ἄνδρα χρηστὸν νεῖκος αἱ-
ρεῖσθαι κακοῖς.
Τιμὴ γὰρ ἄυτη τοῖσιν ἀσθενε-
στέροις.

*Non etenim honeſtum cenſeo, &*
*gravem virum*
*Decere, litigare cum deterrimis,*
*Quod eſt honori maxime imbecil-*
*libus.*

IVLIO igitur Burdoni pater fuit Bordonius civis Veronenſis, ludi magiſter, qui propter egeſtatem, quod ſcholæ in urbe Brenni frigerent, coactus fuerit Venetias migrare, & ibi ſcrutariam facere, hoc eſt, præfractas ſtrigiles, aut ſoleas dimidiatas vendere, poſtea dictus MESSER BENEDETTO DELLA SCALA, à Scalis ſcilicet Sancti Marci, ubi habitabat, item à Scala, quam pro inſigni, ut

mos eſt propolarum, aut opificum, in fronte Tabernæ pinxerat. Non enim ſatis fuit à Scalis S. Marci cognomen adipiſci, niſi etiam ab alia Scala ipſum duplicaretur.

*Non ſatis una tenet ceratas anchora puppes*

Sed quum ne ſic quidem ſatis propitio Mercurio uteretur, ut, niſi alia via fortunis ſuis proſpiceret, omnino fame ſibi pereundum eſſe exiſtimaret, miniatoriam artem diſcere inſtituit (*illum inatoriam* vulgus vocat) Ingenioſa eſt paupertas, quæ, ut Siculus piſcator ait, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει. Nam quum averſo Mercurio artem quoque illam tractaret, & ne pauxillulum quidem nummorum inde lucrifaceret, primum mappas geographicas miniare, deinde inſulas deſignare didicit. ecquid præterea non faceret,

ceret, ὥστε τὴν πενίην πετρῶν ῥίψαι κατ᾽ ἠλιβάτων? Ecce Benedictus Bordonius patria Veronenſis, domo Venetiis, ſcrutarius Venetus ex ludimagiſtro Veronenſi, ex ſcrutario miniator, ex miniatore inſularum conſcribellator. Vna præclara arte reliquis ſuperioribus defungi poterat, hoc eſt, ſi illis omnibus omiſſis, veſpillo fuiſſet, aut vectigalis Ambergici peculator. Hinc enim eſt quæſtus uberrimus. Sed illi neque tantum prudentiæ fuit, ut ad illas artes animum adjiceret, aut tantum induſtriæ, ut eas conſequeretur. Nunc vero vix tandem animad vertere cœpi, præſtare votum S. Marco, quam S. Zenoni facere. ſiquidem plus lucratur ſcrutarius Venetiis, quam ludimagiſter Veronæ. Egregia nutricia ſane patriæ ſuæ rependunt municipes Catulli, ſiquidem munus,

nus, quod vel in obſcuriſſimo vico quæſtuoſum eſt, in ampliſſima & frequentiſſima urbe ſua tam ſterile eſſe dicunt, ut miſelli magiſtri abdicata ſchola, ſordidiſſimis negotiationibus operam dare cogantur, idque in alia urbe, eaq; frequẽtiſſima, in qua homini advenæ conſeneſcendum prius eſt, quam notitiam induſtriæ ſuæ dare poſſit. Iis igitur, qui ita nomini Scaligero iniqui ſunt, ut ne mortuis quidem parcant, opponimus hominem ejuſdem ordinis, doctum, probum, optime de patria ſua meritum, Bernardinum Scardeonium Patavinum: cujus de hoc Bordonio. Inſularii ſcriptore hæc verba ſunt ex XI: claſſe libri ſecundi: *Benedictus Bordonius ætate noſtra. Aſtrologiæ peritiſſimus, & admirabili quodam divinationis munere præditus fuiſſe perhibetur: qui aliquando ſeu natura, aut*

*divino*

*divino quodam furore, vel potius felici quodam caſu in ea re (ut audivi ab his, qui hominem norant) admodum excelluit, vera multa in futurum prædicens. Verum quia hanc judiciariam divinationem plerique omnes boni damnant, atq; acriter reprehendunt, uti, rem Chriſtianis hominibus vetitam, juxta illud evangelicum verbum, Non eſt noſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate. Iccirco excellens vir, his ſtudiis inanibus ſepoſitis, ſe totum ad Geographiæ ſtudium contulit: in qua quidem re admirandus plane fuerat. Scripſit enim vulgari lingua De inſulis volumen egregium, ubi & ſitus, & mores diverſarum gentium, & quicquid vel auditu admirabile, vel ſcitu jucundum nunc in his eſt, olimve fuerit, ſtudioſe commemorat. Quod opus iam typis impreſſum magna cum illius laude ubique legitur. Tabellam quoque deſcriptionis Italiæ, additis longitudini-*

*tudini-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*tudinibus, & altitudinibus, ingenioſe correxit, & multo ſpecioſiorē, ac etiam veriorem eam fecit, quam quæ unquam antea in lucem prodierit, Franciſco Cornelio, qui poſtea Cardinalis fuit, dicatam. Excelluit quoque pingendi, ſeu miniandi peritia: quod vel ex ſolis libris monachorum D. Iuſtinæ, qui frequenter ab eis evolvuntur, videri certe poteſt. Obiit anno Domini* M. D. XXXIX. *Sepultus eſt in Baſilica S. Danielis, ante veſtibulum, in ſepulcro ſuorum.* Benedictus Bordonius, inquiunt æmuli, erat civis Veronenſis. Iſte eſt civis Patavinus. Fatuus fuit. hic eſt excellens vir, divino ingenio. Migravit Venetias. Hic habitavit Patavii in ſuis ædibus. Scrutariam fecit. Hic aſtrologiæ peritus fuit. Propter egeſtatem migravit. Hic nullam quæſtuariam artem exercuit, & ſuis ſumptibus Patavii vixit. Quis unquam putaſſet ho-

mines

mines cordatos, liberaliter inſtitutos, &, quod caput eſt, Italos tanta cæcitate mentis fuiſſe, ut quum ex hoc loco Scardeonii illum Veronenſem ſcrutarium miniatorem fuiſſe probare vellent, reliqua, quæ ibi leguntur, adverſus propoſitum ſuum facere non animadverterint, aut ſaltem diſſimularint? Quis illis concedet Patavium eſſe Veronam, & Antenorē Brennum? Mathematicum miniatorē? inquilinum S. Marci, eum, qui & larem avitum Patavii habuerit, & in ſepulchris majorū conditus fuerit? Vtri potius illuſiſtis, o viri ornatiſſimi, veſtræ exiſtimationi, qui tā pugnātia loquuti eſtis, an Furis ſtupori, cui hac perſuaſiſtis, & ut aliis perſuaderet, auctores illi tenebrioni fuiſtis? Ideone locū illum Scardeonii legiſtis, ut quum extremas lineas ad infamiam Iulii Scaligeri pertinere putaretis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

putaretis,reliquas ad veſtrã pertinere, non videritis, quum tam ſtulte de Patavio Veronam faceretis? Miſeret me illius veſtri Bordonii ſcalarii Sancti Marci, qui quum tanquam Proteus quidã in tot miracula rerum ſeſe cõvertiſſet,ut famẽ furcillis ex ædibus ſuis expelleret,miniaturam poſtremo didicerit, uti aliquod lucellum, quod à ſcrutaria fruſtra ſperaverat, à miniatura conſequeretur. Atqui Scardeonius perſpicue ait hunc Patavinum *excelluiſſe in miniatura,& pingendi peritia, idque videri ex iis libris monachorum S. Iuſtinæ.* Niſi cæcutimus, aut omnino plumbei ſumus, nimirum ſuos libros miniavit, & picturis exornavit, qui quidem libri poſtea in poteſtatem illius cœnobii pervenerint ex cauſſa legati fortaſſe, aut alio caſu, non quod operam ſuam monachis locaverit ad illos

libros

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

libros miniandos, quum eum mercenarium fuiſſe, aut in diem vixiſſe nemo ſanæ mentis ex verbis Scardeonii colligere poſſit. aut quoſdam libros monachorũ, quibus in choro utuntur, ab ipſis rogatus, miniavit: neque enim eum inter honeſtos & doctos, atque ornatiſſimos viros, qui Etruſce ſcripſerint, poſuiſſet, cujuſmodi omnes ſunt, qui in claſſe illa XI cenſentur. Hodie in Gallia aliquot picturæ Renati regis Siciliæ viſuntur. Ex iis ſiquis amphitheatrice ratiocinari vellet, ſequeretur regem illum ex pictura quæſtum feciſſe. Certe, quod pace veſtra dictum velim, acetum Italicum veſtrum hic vappa factum eſt. Quod ſi Ioſephus patrem ſuum picturæ ſtudioſum & pingendi arte eruditum fuiſſe ſcripſiſſet, ut revera fuit, an dubitamus, quin ex eo



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

aliud amphitheatricum argumentum natum foret, quod ita concluderet: Benedictus Bordonus pictor, & miniator fuit, Iulius autem & ipſe quoque pictor fuit. Ergo Iulius fuit Benedicti Bordoni filius. Nam quo differt ab altero? Iulius fuit Scotiſta. ergo Franciſcanus. Cur picturæ ſcientiam omiſerit Ioſephus, quum alias patris artes referret, comminiſci non poſſum. Fuit enim, ut Ioſephus dixit, non ſolum picturæ, ſed & plaſtices peritus x x libros de ſtirpibus charta regia manu ejus deſcriptos, cum ſtirpibus ab eo elegantiſſime pictis bello primo civili milites, quum ſupellectilem reliquam diriperent, lacerarunt. Ex cera autem ejus προτομὴν ab eo factam diu aſſervatam meminit Ioſephus, quæ & elegantiſſima erat, & optime vultum ejus exprimebat. Sed audite



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

dite Leandrum, ſi Scardeonius non ſatisfecit. qui, poſtquam multos Patavinos ingenio claros recenſuiſſet, mox de hoc homine Patavino ita ſcribit: *Deceſcit anno* M.D.XXXIX. *Benedictus Bordonus præſtantiſſimus Geographus, & Coſmographus, qui in meliorem formam reduxit figuram, & picturam Italiæ: quin & in lucem edidit libros inſularum, qui penes paucos diu manſerant.* Præſtantiſſimus geographus, ut hic vocatur à Leandro, & peritiſſimus Aſtrologiæ, qualem deſignat Scardeonius, quam bene conveniant ſcrutario famelico, non alios, quam vos, judices fero. Sed quod omnem vernilitatem, vanitatem, & ſtultitiam eludit, Benedictus Scaliger periit anno MDXII, ætatis ſuæ LXXIII, annis ſeptem & viginti ante hujus Patavini obitum, quum Iulius ejus filius Aginni ageret annum LVI.

Rurſus

Rurſus Benedictus Bordonus Inſularii auctor ſepultus eſt Patavii in monumentis avorum. Benedictus Scaliger Ferrariæ. Superius Patavium idē erat cum Verona: hic Verona eadem cum Ferraria. Vtrum majus miraculum ſit, Patavium eſſe Veronam, & Veronam Ferrariam, aut hominem periiſſe XXVII annis antequam moreretur, melius vos, qui hæc commenti eſtis, nos docueritis, quam nos, qui paulo hebetiores ſumus, hoc animum noſtrum inducere poſſimus. Benedictus Scaliger erat annorum XLV, quum Iulius filius ejus naſceretur. Obiit ergo Bordonius Patavinus anno ætatis ſuæ centeſimo primo. Certe tantam vivacitatem non omiſſet Scardeonius, quum annum ultimum vitæ ejus deſignarit: neque minus hæc digna erat quæ in commentarios referretur, quam



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

peritia Geographiæ, Aſtrologiæ, & picturæ. Quid vobis in mentem veniebat, quum tam ridicula portenta illi furi peculatoris ſandapilonis filio dictaretis? Bene vobis caviſtis, quod quum illi perſonam veſtram ſuſtinendam tradideritis, ad illum hæc omnia mendacia, non ad auctores ſuos, referentur. Pergamus: *Bordonius Inſularum ſuum dedicat Baltaſari nepoti ſuo, id eſt filio fratris ſui, cui nomen fuerit Bonifatio, & Chirurgicen fecerit.* Si Bordonius Inſularum ſcriptor erat Patavinus, fratrem ejus quoque Patavinum fuiſſe neceſſe eſt, quod nemo vel quovis veſpillone aut peculatore impudentior negare audeat. Ergo videbimus hic duo paria fratrum, alterum Patavinum, alterum Veronenſe, in quibus duo majores natu Benedicti, minores Bonifatii vocati



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ſunt, ne miremur duos Soſias, & duos Mercurios Plautinos. Sed unde ille διοπετὴς Bonifatius? quis auctor eum memorat? quid eum commendavit, ut memoriam ſuam ad poſteros tranſmitteret? Oſtendite ſaltem unum ſcriptorem, qui hujus Bonifatii meminerit. Sed quia Benedicto Veronenſi frater fuit Bonifatius nomine, omnino velit nolit Veritas, & huic Patavino Benedicto, quia eundem cum Veronenſi eſſe voluiſtis, fratrem Bonifatium fuiſſe nobis Batavis perſuadere voluiſtis. *Non obtuſa adeo geſtamus corda Batavi*: quanquam nos piſcatores vocat fabulæ veſtræ ὑποκριτής. *Nos hamis piſces, Fur unguibus eruit aurum*. Benedicto igitur Bordonio, ſi vobis credimus, frater fuit Bonifatius: qui profecto nullus fuiſſet, ſi Iulius Scaliger non ſcripſiſſet patri ſuo

Benedicto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Benedicto Scaligero fratrem aliquem fuiſſe nomine Bonifatium. Sed vobis ita placuit, quia aliter iſte inſularum ſcriptor non potuiſſet eſſe is, quem vultis, niſi & eidem Bonifatium ex luto figlinæ Promethei veſtri adjungeretis. Rurſus eidem fratri, quem Bonifatium eſſe vultis, filius fuit iſte Baltaſar, cui patruus librum ſuum dedicavit. At, ô ſolertiſſimi viri, Bonifatio Benedicti Scaligeri fratri unicus tantum filius Michael, unica filia Camilla fuit. De Camilla extat ecloga in Nymphis indigenis Iulii, ſub titulo Oreados. De Michaele patrueli ſuo ita ipſe in Commentario IIII περὶ ζώων ἱστορίας. *Apud Sigiſmundum Principem in Chroatia, picam, quæ loquacitate ſua omnes demulceret, vidimus: &, quod rarum eſt, ea tota alba erat. Ea poſtea donatus Michael patruelis, puer adhuc, quum lardi fruſtum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*ſtum ei obtuliſſet, ſtatim concidit. quo caſu motus Benedictus pater, mihi, tanquam ejus rei auctori, plagas minatus eſt. Tandem opera Iſaaci Iudæi, qui in noſtra erat clientela, vino & ſucco herbarum quarundam in os injecto priſtinæ ſanitati reſtituta probe omnium noſtrum nomina enunciabat.* De Iudæis (ut id πάρεργον ὁδοῦ moneam) qui in clientela Scaligerorum fuerunt, ſic meminit ad Cardanum, Exercit. CCLIX *Puer hoc ego didici ab Hebræis, qui, quod patris mei gratia, qua apud Maximilianum Cæſarem valebat, ab Imperatore certa diplomata impetraſſent, clientes familiæ noſtræ facti ſunt*, &c. Michael igitur, non Baltaſar, vocatus fuit patruelis Iulii Cæſaris Scaligeri, natus in finibus Carnorum, ſuſceptus ex baptiſmo à Michaele Frangipane Chriſtophori viri ſtrenui patre, Scaligerorum affini, cui Michaeli nupſit generoſa

roſa

roſa Catharina, filia Sigiſmundi Iambrewych, vidua generoſi Preworych. Quomodo tam abſurdum mendacium de hoc Chirurgo Baltaſare, cujus & patrem quoque Chirurgum fuiſſe vultis, fueri poſſitis, veſtrum eſt videre, non Furis, qui vera, an falſa ſibi dictaveritis, ſuſque deque habet. Sed longe acutius illud, Bonifatium fuiſſe Chirurgum, quia ejus filius chirurgus fuerit, quemadmodum in Ægypto olim nulli opifici aliam artem diſcere, aut exercere licebat, niſi paternam, qui mos hodie apud Sinas eſt. At in Europa ſi quis dicat ideo aliquē fuiſſe chirurgum, quia ipſius filius chirurgus fuerit, & ut γένους, ita ἐπιτηδευμάτων εἶναι τινὰ διαδοχὴν, quid aliud conſequetur, quam ut ludibrium debeat? unde ſcitum vetus eſt apud Hiſpanos, *artes inter heredes non dividi.*

quanquam, ut ingenue fatear, in actore veſtri Mimi agnoſco quandam ut generis, ita artis ſucceſſionem. Nam pater ejus publicam pecuniam fiſci Ambergenſis, filius privatos amicorum nummos furatus eſt. Rurſus pater fuit Veſpillo. Veſpillones autem ſunt τυμβωρύχοι. & quoties veſpillonis mentio fiebat, ſtatim furem eo nomine intelligebant. Vlpianus l. XXXI. D. De evict. *Si ita quis ſtipulanti ſpondeat, ſanum eſſe, furem non eſſe, viſpellionem non eſſe.* Viſpillo, ne quis erret, & Viſpellio, & Biſpillo, & Biſpillio, unum idemque nomen eſt, pro ratione temporum varie enunciatum. quem Græci Magiſtri τυμβωρύχον, νεκροθάπτην, κοπιάτην, *Libitinarium* exponunt. Hoc modo paterni inſtituti ſucceſſor fuerit, & ſoror materni.

Ne

*Ne non maternos imitetur filia mores,*
*Hæc vivit matris legibus, illa ſuis.*

Scitum vetus eſt, raram familiam, aut genus eſſe, in quo non fur, aut meretrix ſit. Per hoc veſpillonis genus non ſtabit, quin proverbio veritas conſtet. Negamus tamen ideo filium furem eſſe, quia pater ejus peculator fuerit, & quia pecuniam publicam in Ambergenſi ditione averterit, quam ſi Norібergæ avertiſſet, laqueum collo geſtans, ut moris eſt apud Noribergenſes, magiſtratui ſe ſiſtere coactus fuiſſet: ut & negamus ideo ſororem fuiſſe ſcortum, quia & mater fuerit. Vera quidem illa, & quæ negari non poſſint, ſed non trahunt neceſſitatem cogendi. Ne quis vero de laqueo nos confinxiſſe putet, producemus ex epiſtola Germani cujuſdam ad nos verba, quæ non ſolum du-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

bium omne tollent, ſed etiam dicto majorem fidem facient. De Fure loquens, poſt alia: *Domum reverſus eſt, mortuo patre, nuper ad matrem, ut hæreditatem adiret hic in propinquo Palatinatu, ubi domicilium, & officiolum pater habuerat. Sed hæreditas à magiſtratu arreſto, ut loquuntur, conſtricta dicitur, ob cauſſam, quod pater, clariſſimus ille & fortiſſimus Præfectus, vectigal publicum fraudavit vivens, quod de bonis, & de cerviſia inferri ærario ſolet, cujuſmodi fures Norinbergæ ſeveriſſimis pœnis ſubjiciuntur. Inter alia cogitur fur quotannis* FVRIS FLORENVM, *ut vocant, in Curiam adferre, reſtem collo circumjectam gerens.* Non fingimus hæc. non mentimur. Nullum Tarviſium hic eſt, nulli Sartores, nullus bardocucullus amphitheatricus, omnia vera. Sed ad Burdones redeo. Simile illud, quod ſequitur, Baltaſarem vilem

ton ſorem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

tonſorem fuiſſe, quia chirurgus fuerit, idq; excellens, ut à patruo vocatur. Dignum ſane ἐπιχείρημα illis regionibus, unde homines Hyperborei redeuntes αὐτοὶ ἑαυτῶν κρείττονες ἐκβαίνουσιν, ut omnis excellens chirurgus ſit tonſor. Sed hæc à terræ omniparentis alumno ſunt, & quidem nihili, præ illis, quæ ſequuntur, quæ oro lectorem accuratius perpendat. *Verumtamen commendari gratus ejus* (Benedicti Bordonii) *in fratris* (Bonifatii) *filium animus meretur. quippe qui non ſolum omnem pene libri hujus* (Inſularii) *materiam ipſi ſubjecerat, ſed alterũ etiam filiorũ ejus* (Bonifatii) *Iulium ſua cura prius ſuoq; cibo docendum ſuſceperat, comitem in Veneta & Hiſpana claſſe ſecum duxerat, ac poſterius eum, quum ſatis ſcienter ſive ſtrictim, ſive per pectinem tondere didiciſſet, neque pœnitendos in chirurgia progreſſus feciſſe*

 *judi-*

*judicaſſet, Patavium literarum, imprimiſque medecinæ diſcendæ cauſſa ſuis impenſis ablegavit.* Ecce *Ablegavit Iulium Patavium.* Quid opus erat homini Patavino, & Patavii habitanti eum Patavium ablegare? *Studiorum cauſſa.* Hui tam grandem ſtudiorum cauſſa, poſtquam tonſoriam didiciſſet? *Sive ſtrictim, ſive per pectinem tondere didiciſſet, neque pœnitendos in chirurgia progreſſus feciſſet.* Ergo ſtrictim & per pectinem tondere, hoc progreſſus eſt facere in chirurgia, & inſtrumenta vulnerum curandorum, erunt pecten & cultri tonſorii. *medicinæ diſcendæ cauſſa.* Scilicet quam diſcere non poterat, niſi neceſſario prius ſtrictim & per pectinem tondere didiciſſet. Hæc ſunt ex narthecio controverſorum locorum. Sed hæc levia præ mendacio, quod hic totum locum occupavit. Portentoſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ſum enim. Nam Laverna veſpillonis filius Bonifatio duos filios attribuit, Baltaſarem & Iulium, ita ut ambo jam non, ut antea, patrueles ſint, ſed fratres germani, aut ſaltem conſanguinei eodem patre Bonifatio geniti. Deinde ex tenore verborum ſequitur Benedictum Bordonium Inſularii auctorem ſecum comitem ad claſſem Venetam & Hiſpanam Iulium aſſumpſiſſe: quum Laverna voluerit, aut certe debuerit dicere, Iulium à Baltaſare deductum fuiſſe. Sed manifeſto apparet, non prius ad hæc deliria ſcribenda ſeſe contuliſſe, quam in œnopolio cum Baronibus Campi Floræ, aut in cella vinaria cum mulione Cardinalis Baronii aliquot trientes vini Veſuvini ſiccaſſet. Ideo condonamus hæc illi, utpote quæ vino, non atramento, ſcripſerit. Baltaſar igitur Iu-

lium

lium patruelem in Hiſpaniam deduxit,atque inter navigandum tonſoriam eum docuit. Nam in tonſtrina eum docere, illi, puto, non vacavit, vel, quod verſimilius eſt, opportuniorem locum huic magiſterio eligere non potuit, quã navem in mari fluctuabundo: ut nunquam tutius genas expingere poſſe putaverit, quam quum cultri ex agitatione maris huc & illuc in manu tondentis aſſultantes crebro in os ejus incuterentur, qui barbam æquandam illi tradebat,ut aliquot cicatrices in vultu reportaret, quæ teſtarentur, quantum is gloriari deberet, cujus barba ab eo æquata eſſet,qui, ut chirurgicen diſceret, tantos progreſſus in arte tonſoria feciſſet. Sed iſta digna ſunt & pecülatoris filio,& monitore Terræ omniparentis alumno. Ludicra, inquam, & jocularia. Hoc vero,

quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

quod dicam, calido mendacii jure perfuſum eſt. Nam Venetorum, & Hiſpanorum claſſis illa, de qua hic agitur, non in Hiſpaniam, ſed in Orientem navigavit. Ejus meminit Theodorus Spanduginus Conſtantinopolitanus in ſua hiſtoria Turcica, quam Italice ſcripſit, pagina 64, b: *Anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo nono, Ferdinandus rex Hiſpaniæ, occupatis in Naupacteo bello Venetis, ex lege fœderis ſubſidia miſit duce Conſalvo, quē magnum Capitaneum vocabant. Is adjunctus claſſi Venetæ Cephalleniam inſulam Turcis ereptam occupavit*: Aliquot interjectis: *Adaucta quoque tunc Veneta claſſis fuit auxiliaribus navigiis à confœderato Rege Francorum Ludovico* XII, *ductu Raveſtani, & Philippi Clivenſis, qui Genuam tunc pro rege adminiſtrabat.* Hæc paucis Spanduginus, quæ fuſe majore parte libri

libri VII hiſtoriæ ſui temporis elegantiſſime & diſertiſſime perſequitur Ludovicus Tubero Abbas Dalmata, vir multarum rerum peritus. Iulius igitur Scaliger mutatus in Bordonium inter navigandum didicit tonſoriam in claſſe Hiſpanica, & in Hiſpania eam exercuit, quandiu ibi cum patrueli ſuo Baltaſare fuit, ſi ſcurris credimus quod profecto verũ fuerit, ſi Naupactus eſt in Hiſpania, & Iulius in Hiſpania tũc fuit, quum eſſet in Flandria: imo ſi Iulius unquam pedem poſuit Hiſpania, qui tempore illius expeditionis erat annorum XV, quum Maximilianus bello Geldrienſi intermiſſo, exercitũ in Helvetios mouit. Tunc enim Iulius una cum patre ſuo in Belgio erat eodem anno MCCCCXCIX. Audiamus ipſum Iulium ita ſcribentem de Solea piſce, Commentario in libros

bros Ariſtotelis περὶ ζώων ἱστορί-
ας. *Soleam Græci bugloſſum à linguæ bubulæ ſimilitudine. Anguſtior enim eſt. Itaque veteres Latini Lingulacam, Hiſpani nunc Lenguada. Tænia huic per omnia ſimilis, ſed aſtrictior. Hiſpani Azediam. Puto à Flandris, ſi bene memini,* TONGE *dici. Sed puer eram, quum illic agerem. neque memoria ejus rei ſatis conſtat.* Quo ſpectant illa Exercit. CCLXVI. *Nomina parium ſyllabarum ab imparibus ajunt ſuperari. Iccirco Hector ab Achille interfectus eſt. Cur igitur Achilles Paridis cadit manu? Ita in Germania, Friſia, Brabantia, prius, mox in Italia non potuerim à paribus ſyllabis ſuperari. Iulius enim vocabar ibi. Hic vincar à triſyllabis, quia* IVLLES *à Gallis dicor.* Neque igitur patruelis Baltaſaris Bordonii fuit Iulius Scaliger, neque, ſi fuiſſet, eo tempore in
claſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

claſſe Venetorum eſſe potuit, quum illa claſſis in Orientem, ut diximus, non in Hiſpaniam, vela fecerit; neque unquam Iulius in Hiſpania fuit, neque ſi aliquando fuiſſet, eo tempore eſſe potuit, quum in Belgio ageret. Videtis, acuti homines, in quos laqueos mendaciorum vos indueritis, ex quibus neſcio quæ Rhetorica amphitheatrica vos expedire poterit: certe veritas non extricabit. Sed quum Benedicto Scaligero quatuor fratres germani fuerint, cur unum tantum illi attribuiſtis Bonifatium Bordonium, qui tamen neque fuit, neq; vobis opus fuiſſet ullo Prometheo, qui iſtum Bonifatium Bordonium de luto ſycophantico fingeret, niſi vobis, in mentem veniſſet Iulio Cæſari Scaligero patruum nomine Bonifatium fuiſſe ſcriptis ejus celebratum, ſine quibus non potuiſ-

ſetis ejus nomen ſcire : & ſi non legiſſetis, proculdubio patrem Baltaſaris Bordonii ſine nomine reliquiſſetis; quia fratris ſui mentionem nullam facit Burdonius inſularii ſcriptor. Cur igitur omiſiſtis reliquos tres fratres, Hieronymum, Titum, Franciſcum? An quia ii nullos filios tonſores, & chirurgos reliquerunt? Pudet me cæcitatis, vanitatis, ſtultitiæ. Teneo vos. Manifeſto eo vos redegiſtis, ut omnes effugiendi vias vobis præcluſeritis. Quo ulterius terminos mentiendi promovebitis, eo minus homines, qui quidem aliquo ſenſu communi præditi ſint, vobis fidem & aſſenſionem accommodabunt. Quod enim jam producam, ſtupor, an improbitas, an utrunque dicendum ſit, dubito. Profecto utrunque, quam alterutrum, malim dicere.

Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Non enim mentiremini, niſi improbi eſſetis, neque in mentiendo tam manifeſto pugnantia loqueremini, niſi ſtupor mentes veſtras obruiſſet. Benedicto Bordonio inſularum deſignatori filius fuit Iulius Burdo. Cedo auctorē, qui hoc dixerit, aut ſcripſerit. Si nullus eſt, (ut profecto nullus eſt) ſcriptor, qui Bordonio inſularii conditori filium fuiſſe Iulium Bordonem perhibuerit, unde tam ſubito natus eſt illi iſte Burdo? Quod ſi fuiſſent centum Burdones, iique diverſis locis nati, omnes unus fuiſſent ille, quem vos dicitis falſo poſtea Scaligerum ſeſe dici maluiſſe. Quod ſi ei ullus filius nomine Iulius fuit, cur potius Burdo, quam Iulius Bordonius cognomine patris dictus fuit? Sed ita eſt: quemadmodum Burdonio inſularii auctori Bonifatium fratrem,

trem, qui nunquam in rerum natura fuit, ita eidem filium Iulium commenti eſtis, qui fuerit quidem, ſed quem ejus filium fuiſſe omnes negare poſſint, quum neque id probare poſſitis, neque is eodem cognomine, quo Bordonius, fuerit. Extat, inquitis, epigramma Iulii Burdonis medici Patavini in librum Antonii de Fantis. Quid audio, Antonii de Fantis. Quid audio, acutiſſimi viri? *Iulii Burdonis Patavini?* Atqui Veronenſem eſſe oportebat. In hoc enim totum negotium veſtræ ridiculæ & pædagogicæ conſpirationis verſatur, Benedictum nempe Burdonem civem Veronenſem fuiſſe. At hic eſt Patavinus, ut titulus indicat, &, ſi in titulo teſtatus non fuiſſet, tamen, quia eum Benedicti Bordonii inſularum deſcriptoris filium eſſe voluiſtis,

qui

qui Patavinus, non Veronenſis fuerit, omnino filium Patavinum eſſe neceſſe eſt. *Filii enim eadem origine cenſentur, qua patres.* l. 1. D. ad municipal. Neque igitur Veronenſis fuit, ſed Patavinus, neque binominis, ut præter Iulii, etiam Cæſaris ei nomen fuerit. At ille Iulius, quem & Veronenſem civem & Burdonem prius cognominatum vultis, ſcitis non oblitum fuiſſe nomen alterum Cæſaris in poematio ſuo, cujus meminit Iulius, & ex quo hæc monſtra amphitheatricorũ mendaciorum nata ſunt, & tot ſycophantæ cornua ſuſtulerunt. Atqui Patavii non fuiſſe Iulium Cæſarem Scaligerum anno MDXV, quo illud epigramma editum fuit, teſtem ipſum Iulium appello, qui libros ſuos Poetices ſcribebat anno MDLI, quo liberos ſuos Burdegalam miſit, quadri-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ennio ante lucem illam immaniſſimam, quæ univerſam Aquitaniam meliori parte populi exhauſit. Scribit igitur libro VI, Poetices: *Egnatii nihil ad nos pervenit. Memini tamen illum cum Venetis legatis poſt Helveticum triumphum Regi opt. max. Franciſco dediſſe quædam carmina præſentibus nobis, quæ poſtea, quum eſſemus Bononiæ, diu quæſita non ſine magno ſpiritu, magnaque luce Virgiliana facta viſa ſunt nobis tunc. agitur nunc annus circiter trigeſimus ſextus*, Deductis igitur annis XXXVI. de anno Chriſti MDLI, remanet annus MDXV, qui profecto erat is, quo Franciſco Regi victoria de Helvetiis contigit, & illud Epigramma editum fuit, auctore Iulio Burdone medico Patavino, una cum libro Antonii de Fãtis. Quid negotii erat medico Patavino in caſtris Franciſci? quid Iulio Scaligero

ligero in urbe Patavina, ut eodẽ tempore & epigramma ineptiſſimum Patavii ſcriberet, & luculentum poëma in caſtris Regis Franciſci ab Egnatio acciperet? Sed, inquiunt Scurræ, epigrãma illud Iulii eſſe, qui poſtea dictus fuit Scaliger, ex ſtilo conſtat. ovum enim ovo tã ſimile non eſt. Quid hoc eſt, homines acutiſſimi? ex ſtilo? Certe ſi nomen Iulii Burdonis Patavini nõ præferret, putaſſem ab auctore controverſorum locorum, aut aliquo Amphitheatrico ſcriptũ. Par eſt ſtultitia, ſimilis barbaries, geminus ſtupor. Profecto ſi Iulius Cæſar Scaliger tam inepti, tam inelegãtis, tam ſtolidi poëmatii pater eſt, oportet eum, quum illud vomeret, ebrium fuiſſe, qui tam diſſimilia ante, & poſt illud tempus, poëmatia ſcripſerit. Nam quid diſſimilius? Primum longum epi-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

gramma eſt, unde expedire ſe ille vappa vix poteſt. quod omnino alienum à brevitate, ſobrietate, rotunditate, nitore, ſoliditate Scaligeri. Deinde triviale, & ſtercoreo magiſtello convenientius, quã ei, qui talia ſcripſerit, qualia Iulius Scaliger eodẽ anno, quum victoriam Regis Franciſci longo carmine, Iambis puris cecinit, quos, habes initio Archilochi. Comparentur illi Iambi cum latrina illa. Poſtremo inæquale eſt, barbarum, obſcurum, σολοικίζον. Sed adhibeatur examen. Vt alia taceam, quid eſt illud? *Quicquid inacceſſa ſervatur rupe ſmaragdi.* Quis Latine ſciens dixit quicquid ſmaragdi, quicquid gemmæ, quum vellet dicere quicquid ſmaragdorum, quicquid gemmarum, vel quantum ſmaragdorum, quantum gemmarum? Potuiſſet, ſi genium habuiſſet, dicere,

*Quot-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*Quotquot inacceſſa ſervantur rupe ſmaragdi.* Quid illud? *Aurea quid Scoti fuerãt abſtruſa metalla.* Quod genus monſtri hoc? Qui hoc mihi interpretabitur, mereat aurea metalla. Neque magis illud capio, *contulit labores ad vota ſtudii ſui.* Nam portenta ſunt.

*-----Eoas natus ad undas,*
*Qua Boreas rigido frigore torret humum.*

Volebat dicere ad Eoas undas uſque. Sed unde didicit Boream ibi eſſe. ubi Eoæ undæ? Quis poëta, quum quatuor partes mundi deſignaret, Boream conſtituit in ortu? quis quum ortum deſcriberet, frigore concretum eſſe dixit? Quis non poëtica licentia populos Auroræ ſubjectos à vicinitate Solis uſtulatos inducit? Propertius: *Quos Aurora ſuis rubra colorat equis.* & alii plurimi. Hoc epigramma ſeſquipedale

ſcripſit

ſcripſit Iulius antea civis Veronenſis, nunc Patavinus : prius Bordonius, nunc Burdo : prius Iulius Cæſar, nunc Iulius ſine Cæſare : ante Muſarum cliens, nunc locorum controverſorum mediaſtinus. Sed quomodo de poëtis judicare poſſunt averſa à Muſis pectora, quum magni nominis vir Petrus Victorius de Ovidio nõ veritus ſit dicere eum ut oratione ac verſibus, ita vita & moribus enervatum? deinde dicit improbe ab illo dictum, munera placare Deos & homines, & tamen à Platone prius dictum. Hoc modo non ſolum Ovidius, ſed & Plato improbus fuerit. Sine contumelia hoc dictum velim, Ovidium meliorẽ poëtam, quam ipſum poëtarum cenſorem fuiſſe. Non longe ab hac temeraria ſententia diſcedit Dionyſius Lambinus, qui imperitiſſime eum ma-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

lum Latinitatis auctorem vocat. Quid? Suadæ medulla Troada divinam Senecæ Tragœdiam trivialis poëtæ fœtum dixit, quæ reliquarum Senecæ princeps eſt, & verus illius ſummi ſcriptoris partus, atque à Priſciano optimo Grammatico ei attribuitur, quam non Troada, ſed Ecubam vocat. Certe de poëtis judicare, poëtarum eſt duntaxat, idque non omnium, ſed optimorum.

Οὐ γὰρ πλῆθος ἔχει συνετὴν κρίσιν, οὔτε δικαίαν,
Οὔτε καλήν. ὀλίγοις δὲ παρ' ἀνδράσι τοῦτό κεν εὕροις.

Vt dicebat Cleanthes. Sed nemo infelicius de poëtis judicavit, quam qui de poëtis ſcripſit, Lilius Gregorius Gyraldus, vir multæ lectionis, & magnæ eruditionis. Iulium igitur Scaligerum tam inſipidi, & inficeti poëmatii auctorem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ctorem eſſe perſuadeant fatuis Scurræ: nobis Batavis, quos Piſcatores vocat veſpillonis filius, non magis perſuadebunt, quam Patavium eſſe Veronam, Veronam Ferrariam, & Bordonium Burdonem, aut, quod addunt, eum anno eodem MDXV medici Doctoris titulo auctum, idque, inquiunt, Diploma Patavinæ Academiæ vociferari. Quare ergo Laverna peculatoris veſpillonis filius Diploma non produxit? Vnde didicit eodem anno, quo epigramma editum fuit, eum medicum factum? An quoties quis Theologus, Iuriſconſultus, Medicus aliquod epigramma edet, eum eodem anno Theologi, Iuriſconſulti, Medici titulo auctum eſſe dixeris? Certe non aliter colligunt Scurræ, neq; alia mens eorum fuit, cur dicerēt anno MDXV. Medicum declaratum, niſi quia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

eodem anno epigramma illud in lucem prodiit. Non pudet ſcurrilitatis? non mendacii? non ſtoliditatis? Quid ſi decem annis antea erat medicus? An editio epigrammatis eum medicum fecit? quid potuit ſtolidius dici? Ecquid adverſus tantam confidentiam dicent? quid ad tam manifeſtum mendacium? quod quam calidum ſit, hinc lector judicet. Epigramma Burdonis medici Patavini emiſſum eſt, ut diximus, anno MDXV: Diploma autem illud Patavinum datum eſt anno MDXIX, quo quidam Iulius Bordonus Benedicti egregii viri civis Veronenſis filius, non medicus, ſed Magiſter artium declaratur. Itaque duo hic ſunt manifeſta deliria. Prius, quo annum MDXV cum MDXIX confundunt: alterum, quo medicum factum dicunt, qui in magiſterium artium

duntaxat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

duntaxat promovetur, idque, quod felix fauſtumque ſit, quum annum ætatis XXXVI ageret. Vſque adeo hebeti, tardo, & plumbeo ingenio miſellus ille fuit, ut quòd adoleſcentes annorũ XVIII in omnibus ſemper Europæ Academiis conſecuti ſunt, is annos natus XXXVI vix tandem poſt tot labores exhauſtos adeptus fuerit. Sed præſtat ipſius Diplomatis exemplum ſubjicere, ut habeant lectores ſimul quod rideant, & quod deteſtentur, ſtuporem, & mendacium.

## DIPLOMA ACADEMIÆ PATAVINÆ

### Pro magiſterio artium conſequendo.

IN CHRISTI NOMINE. AMEN. *Vniverſis & ſinglis præſens hoc doctora-*

*tus privilegium inſpecturis & legi audituris, Nicolaus Bononia Decretorum Doctor, Canonicus Scodrenſis, & Rector parochialis Eccleſiæ Sancti Mathæi de Padua, atque in Eccleſia Paduana per reveren in Xpo patrem & D. D. Paulum Zabarella Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Archiepiſcopum Parien. ſacræ theologiæ Doctorem, & in præfata Eccl. Paduana Rmi in Xpo Patris & D. D. Marci tituli Stæ Mariæ in via lata S.R.F. Diaconis Cardinalis Cornelii, & prædictæ Padii Ecclæ perpetui adminiſtratoris; Comitiſque Saccens. digniſſimi & antiquiſſimi ac celeberrimi ſtudii Paduani Apoſtolici Cancellarii meritiſſimi ſuffraganeum locum tenentem*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*tem & vicarium gn̄alem Vicarius ſubſtitutus, Salutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Studiorum labor meretur, ut his, qui ſuis quaſi à cunabulis vitam ſuam Scholaſticis exhibuere diſciplinis, debita virtutum præmia tribuantur, & poſt laboris palmam emeriti doctoratus honore, & magiſterii dignitate decorentur: ut ſic digna & hilari remuneratione gaudentes bene agendi poſteris exemplum præbeant & ſequelam. fit apud nos iſtud, ſed cum grandi ſeveritate. Nulli quippe hæc dignitas doctorea conceditur, niſi prius ſtrēnue certaverit, & velut aurum in fornace fuerit comprobatus. Significamus itaque vobis, & harum ſerie fidem*

 *facimus,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*facimus, Quod die dato præſentium Nos Nicolaus Vicarius ante dictus, auctoritate, præfato D. Epo Paduano, & ſua pontificali dignitate competente, tam & antiqua & approbata conſuetudine ſtudii prælibati, quã vigore privilegiorum fælicis recordationis Dominorum Vrbani quarti; Clementis ſexti, & Eugenii quarti ſummorum Pontificum, qua fungimur in hac parte, in aſſiſtentia magnifici domini Petri de Terno Vniverſitatis Artiſtarum Vltramontanorum, & Citramontanorum florentiſſimi ſtudii Paduani Rectoris meritiſſimi, per venerandum collegium Artium & Medicinæ doctorum ejuſdem ſtudii, fecimus egregium ac præſtan-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*præſtantem virum Dominum* IVLIVM CÆSAREM *Bordonum filium egregii viri Dni Benedicti civis Veronenſis, qui in ſtudio Paduano in artium ſcientia pluribus annis inſudavit, atque ita profecit, ut ſe dignum laurea corona nobis per infra nominatos promotores ejus præentatum in artibus, punctis ei, ut moris eſt, præaſſignatis, coram nobis diligenter & rigoroſe examinari. Et quia in examine hujuſmodi ſua puncta recitando, & argumenta dubia, & quaſlibet oppoſitiones ſibi factas feriatim replicando & clare ſolvendo tam bene, laudabiliter, & excellenter ſe habuit, atque geſſit, ut ab omnibus Doctoribus prædicti collegii ibi*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*conſiſtentibus unanimiter, & concorditer, ac eorum nomine penitus diſcrepante, idoneus & ſufficiens in artibus extiterit judicatus, ſicut ex eorum votis ſecreto in ſcrutinio nobis in ſcriptis porrectis conſtitit evidenter: Nos præfatam ſequentes conſuetudinem & formam privilegiorum ſtudii ſæpe dicti, conſideratis ſcientia, facundia, modo legendi, moribus, & virtutibus, quibus cum Altiſſimus illuſtravit, prout in dicto ſuo privato & rigoroſo examine in facto viſibiliter demonſtravit, de conſiliis omnium Doctorum prædicti Collegii ibidem exiſtentium & inſtantium pro tribunali ſedentes, Eundem D. Iulium Cæſarem in Dei nomine approba-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*approbavimus, & licentiavimus pronuntiantes & declarantes eum eſſe habilem, idoneum, & ſufficientem ad habendum, tractandum, & exercendum officium & honorem Doctoratus in artibus, ipſumque continuo artium doctorem fecimus ſolenniter & creavimus, ac facimus ac creamus per præſentes, tribuentes ei tanquam idoneo, ſufficienti, & hac promotione digmo Cathedram aſcendendi magiſtralem, & inſignia doctoratus in artib. à promotorib. ſuis petendi, & recipiendi ac iiſdem promotoribus ea illi impendendi, licentiam liberam & facultatem inſuper eidem plenam concedentes, poteſtatem, & auctoritatem*

tem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*tem ut de cætero libere poſſit in artium ſapientia legere, repetere, docere, diſputare, gloſſare, practicare, interpretari quæſtiones, terminare, Scholas regere, omnibuſque & ſingulis gaudere, & uti privilegiis, prærogativis, exemptionib. immunitatibus, libertatib. conceſſionib. honorib. favorib. ac indultis aliis quibuſlibet, quocunque nomine cenſeantur, quibus Ro. Curiæ.* PAVIEN, *Oxonien, Bononien, & Salamantinen, ſtudiorum Doctores, & Magiſtri ex quibus* Applicis *& Imperialib. ſeu aliis Eccleſiaſticis, vel temporalib. conceſſionib. aut indultis aliis gaudent, & utuntur, uti, & gaudere poſſunt, & poterunt in futurum juxta*

*conti-*

continentiam, vim, formam, & tenorem privilegiorum Applicorum à memoratis olim Pontificibus ſummis præfato ſtudio Patavino conceſſorum. Et illico excellens artium & medicinæ doctor D. Nicolaus de Ianua, civis Paduæ, promotor ejus proſe, ac vice & nominibus excellentiſſimorum & Med. doctorum & civium Paduæ, ſcilicet D. Magiſtri Bernardi Speroni, D. Ludovici Carenſii, & D. Hieronymi Bagolini, atque D. Caroli de Ianua promotorum ſuorum memoratum D. Iulium Cæſarem petentem & acceptantem conſuetis ornamentis Doctoralibus ibidem inſignivit ſolemniter, & decoravit, tribuitque librum Philo-

ſophiæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*ſophiæ ſapientiæ primo clauſum, deinde apertum: biretum doctorale capiti ejus impoſuit, ac ipſum annulo aureo ſubarravit, paciſque oſculum ei cum benedictione magiſtrali tribuit. Sic itaque cum ſumma laude & honore plurimo præfatus Exmus D. Iulius Cæſar Bordonus ad apicem doctoratus Phiæ ſapientiæ aſcendit. In quorum fidem & teſtimonium has noſtras patentes privilegii literas fieri, & præfati Reverendiſſimi D. Cardlis Pontificialis ſigilli juſſimus appenſione communiri. Datum & actum Paduæ in Epiſcopali palatio in loco ſolito examinum, præſentibus artium egregiis ſcholaribus, videlicet D. Iuliano Maroſtico filio. D. Io.*

*Donati*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*Donati civis Tarveſini. D. Paulo Carrario L.4. D. Antonii civis Paduæ, D. Micaele Panſerii filio, D. Io. Baptiſtæ civis Mantuæ, & D. Angelo Maria de Albertis filio D. Theodori civis Vincentiæ. teſtibus ad hæc habitis, currente anno* Dnicæ *nativitatis* M.D.XVIIII *indictione ſeptima, die vero Mercurii*

XXII *menſis Iulii*

*Pontus* aut *Smi* D.N.D. *Leonis* PP. Xi *anno ſeptimo*

*Ego Nicolaus Bononia Decretorum doctor canonicus Scodrenſis, & Vicarius, ut ſupra.*

*Et ego*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*Et ego Presbyter Iacobus Rotta Notarius & epiſcopalis Curiæ Paduæ Cancellarius rogatus interfui, & mãdato ſubſcripſi.*



*Capilli iſti ſunt flavi.*

*Brachium iſtud eſt col:riu ferrei.*

*Duo baculi (Bordonos Itali, Hiſpani, Galli vocant) colore Turquino, hoc eſt cyaneo. Spatium eſt luteum, ſive Callainon, aliquantum rubrum ſupra baculos. Reliquum partĩ Callainum, partim cyaneum.*

Conſtat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Conſtat hunc ſemper morem in Academiis Italiæ fuiſſe, ut ſi quis lauream medicinæ peteret, & nondum magiſterium artiũ conſecutus eſſet, prius Magiſter artium, deinde in continenti Medicus Doctor eodem Diplomate pronunciaretur. Hoc ex infinitis Diplomatis Scholarum illuſtrium, patavinæ, Bononienſis, Ticinenſis, Salernitanæ, aliarum, ita notum eſt, ut confirmatione opus non ſit. Viſuntur enim quotidie ejuſmodi Diplomata, quibus utraque laurea Artium & Medicinæ ſimul eodem momento conferuntur. At in hoc Patavino Diplomate iſte Bordonus pure Magiſter Artium declaratur, quum quadriennio ante Burdo Patavinus jam medicus eſſet. Quod ſi Iulius Burdo Patavinus jam medicus erat, &, ut Scurræ volunt, unus idemque eſt cum

Iulio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Iulio Burdono Veronenſi: ergo hoc modo neceſſario ſequetur, ut ſolidis omnino quatuor annis ante medicus fuerit, quam Magiſter Artium declararetur. Tam bene conſuluerunt viri acuti exiſtimationi ſuæ, ut non ſolum ridicula, ſed etiam pugnantia loqui maluerint, quam ſe ab injuria Scaligerorum continere. Modo enim quod volunt faciant, quomodo id faciant, nihil ſua referre putant. Tamen ad calumniam Burdonum ſtabiliendam nullum firmius munimentum ſe habere putarunt, quam Diploma hoc: quod tanti fecerunt, ut in ſanctuariis ſuis, tanquam precioſiſſimam gemmam, repoſitum cum amicis ægre communicaverint, idque multis per tranſennam. Magni beneficii loco ponunt pauci, quibus deſcribere permiſſum fuit. Nos vero nihil magis



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

eſſe è re Scaligerorum arbitramur, quam illud in luce hominum verſari, ut extet fatuitatis & malitiæ eorum teſtimonium. In eo igitur excellentiſſimus Iulius Cæſar Bordonus, non Burdo dicitur, filius egregii viri, non autem ſcrutari, Domini Benedicti civis Veronenſis, non Patavini. Quæro ex vobis, viri acutiſſimi, qui fuerit ſcrutarius Venetiis & cœnum hominis, non homo, ut à vobis prædicatur, an is civis egregius Veronæ recte vocari poſſit? Deinde quomodo Venetiis Veronam reverſus ſit. Rurſus filius ejus Iulius cur ad XXXVI annum ætatis ſuæ diſtulit Magiſterium Artium petere? Poſtremo poſt annum ætatis ſuæ XXXVI quando medicus, & ubi, factus eſt? cur poſtquam factus eſt magiſter artium in Philoſophia Sapientia, ut verbis diplomatis

utar,

utar, Bononiam ſeſe contulit Philoſophiæ diſcendæ cauſſa? An prius in urbe Antenoris declarantur artium Magiſtri, quam artibus & Philoſophiæ operam dederint? Qui tot annos, ut teſtatur Diploma, in urbe Patavina operam artibus dederit, quare Bononiam petit, earum diſcendarum cauſſa? Quid volunt illa, quibus Magiſtram ſuam Bononiam ita alloquitur?

*Poſt diras rerum clades, Fatique ſuperba*
*Imperia, & Martis quæ fera juſſa tuli,*
*Hic primum meque atque alios cognoſcere cæpi,*
*Depoſuique animi barbara ſceptra mali,*
*Et didici, quam non fueram, quam deinde futurus,*
*Quem bona abortivum ſic tuerere parens:*

*Quæ*

*Quæ cauſſas, quæ cunctarum primordia rerum,*
*Quæ divini operis prima elementa doces,*
*Cæleſteſque plages, & ſancta commoda vitæ,*
*Et ſi qua è numeris nata figura latet.*

Certe, ſi quid Latine ſcimus, melioribus literarum ſtudiis, Philoſophiæ, Mathematicæ, Phyſicæ, Ethicæ operam Bononiæ dediſſe intelligimus. quod & in IV Commentario Poëtices teſtatur: *Qua tempeſtate melioris vitæ officia. Bononiæ auſpicatus ſum, habui ſtudiorum ſocium Aquilium civem Romanum, qui antea quoque militiæ fuerat contubernalis.* de quo tractu temporis Exercit. CCXL. *Bononiæ cuniculi domeſtici clunes à rivali eroſas ſcimus.* De ſuo autem in eam urbem adventu ita etiam in Apiculis:

*Quæro*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*Quæro vices alias. dira me ubi clade Ravenna*
*Multavit re ſpeque omni, tum Felſina libris*
*Imbuit. Hic ego de ſociis bene ſedulus unum*
*Servavi incolumem, atque accepto vulnere. at ille*
*Cum conjuratis petiit caput enſe nefando,*
*Ne in Marcum potior foret atri cauſſa Popilii.*

Quare mirum, quod jam diximus, illum prius medicum factum, quam Magiſtrum Artium, & prius lauream Artium conſecutum, quam eas didiciſſet. Atqui, niſi Diploma mentitur, *in ſtudio Paduano in artium ſcientia pluribus annis inſudaverat, atque ita profecerat, ut ſe dignum laurea corona exhiberet.* item: *ut ab omnibus Doctoribus prædicti collegii ibi conſiſtentibus unanimiter, & concorditer, ac eorum*

*nemine*

*nemine penitus diſcrepante idoneus & ſufficiens in Artibus extiterit judicatus.* Ecce in Artibus, non in Medicina Doctor declaratur homo annorum XXXVI. Idem tinniunt illa: *Idoneum & ſufficientem ad habendum, tractandum, & exercendum officium & honorem Doctoratus in Artibus, ipſumque continuo Artium doctorem fecimus ſolenniter* &c. Idoneus in Artibus non in medicina pronunciatur: Magiſter Artium, non Doctor medicinæ renunciatur. *Licentiam liberam & facultatem inſuper ei plenam concedentes, poteſtatem, & auctoritatem, ut de cætero libere poßit in Artium ſapientia legere, repetere, docere, diſputare, gloſſare* &c. *Scholas regere.* Agnoſco Magiſtrum Artium Scholas regentem, &, ut uno verbo dicam, facultatem conſecutum Logicam, & Ariſtotelem in ludo literario publice docendi & interpre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

terpretandi. *Ornamentiſque docto-ralibus ibidem inſignivit ſolemniter, & decoravit, tribuitque. Namque librum Philoſophiæ Sapientiæ primo clauſum, deinde apertum,* &c. Liber Philoſophiæ, non Hippocratis, non Galeni, non Aviſenæ traditur, quod tamen in Medicinæ laurea impertienda omnino fieri ſolere compertum eſt. Hoc ergo eſt Diploma illud, quod maxime venditarunt homines miſeris nominis Scaligeri reliquiis infeſti: quanquam non pauci aſſerant confictum à Porco Rodigino. Facile enim hæc diplomata quivis ementiri poteſt, quum omnium ſtilus idem ſit inſtar formatarum. Itaque homines, qui illo tractu temporis vixerint, quo Diploma datum eſſe fingitur, poſſunt aut ex hiſtoriis ſumi, aut fingi ubi non ſuccurrunt hiſtoriæ, & res mendacio tranſigenda eſt. Itaque nul-
lum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

lum negotium eſt vel imperitiſſimo ſcribæ, aut actuario, ſimilia comminiſci. Ego vero aliter judico: neque puto quicquam efficacius poſſe opponi malevolis Iulii Cæſaris & filii ejus Ioſephi, ad eorum vanitatem confutandam. Et ſane ſi quis hæc ad vivum reſecare vellet, haberet quo moram lectori potius objicere, quam fidem ſcripti hujus elevare poſſet. Paulus enim Zabarella ibi Epiſcopus Parienſis, Scardeonio Argolienſis dicitur. Archiepiſcopatus quidem Parienſis eſt ad Helleſpontum, epiſcopatus vero Argolienſis in Achaia. Epiſcopatus hi titulo tenus à Latinis geruntur, ad quos ne teruncii quidem lucrum pervenire ſolet. ſunt enim ii ſub Turca. Ideo illi epiſcopi titulati dicuntur. Quare non Archiepiſcopus Parienſis potius, quam Epiſcopus, vocetur,



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

equidem neſcio. Hoc amplius diſcutiendum. Suſpectum enim. Rurſus M. Cornelius Cardinalis titulo S. Mariæ ibi ponitur, Onufrio vero Marcus Cornelius Venetus Protonotarius Apoſtolicus Diaconus Cardinalis Sanctæ Mariæ novæ, poſt S. Mariæ in porticu, creatus Cardinalis anno MD. annis XIX ante illud Diploma. quæ ſane magna diſcrepantia eſt. Ibi qui Nicol. de Ianua, Scardeonio eſt Nicol. paſſora de Genua. Sed propterea nihil variatur: ut neque in Bernardo Sperono, qui Scardeonio eſt Bernardinus. Ludovicus Carenſius in Diplomate eſt, qui Scadeonio Lud. Carreſius cognomine Toſettus. Hæc minuta non moramur. In duobus hærere poſſumus. Prius eſt XXII diem Iulii incidiſſe in feriam quartam, quæ fuit ſexta. Alterum, pro ſigillo Academiæ

appoſita

appoſita hic eſſe inſignia iſtius Bordoni: quod ſane inſolens eſt. De priore poſſumus excuſare negligentiam Scribæ, qui XXII Iulj, pro XXII Iunj poſuerit, quæ fuit dies Mercurii eo anno. Sed hoc eſt divinare. De altero amplius quærendum eſt. Nam de tot millibus Diplomatum nemo, puto, ullum vidit, in quo inſignia ſint ejus, qui lauream conſecutus eſt. Mihi ſane mirum videtur. Omnino intereſt dignitatis, memoriæ, & gloriæ Iulii Cæſaris Scaligeri illud diploma & verum eſſe, in contumeliam eorum, qui illud venditant, extare, publicari, & omnibus exponi. Sed age, aliquid demus malevolis. aſſentiamur illis. Aliter quomodo eos placemus, nullam rationem inire poterimus. Pater Ioſephi fuerit, ut ipſi volunt, Burdo, Bordonius, Bordonus, aut quocunque


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

alio nomine vocandus ſit. Iulius Cæſar diſceſſit Bononia anno MDXVIII, & apud Scalencos detentus aliquot dies, poſtea apud Plotiaſcos deſedit eodem anno deſinente, donec in Vicum novum Ruverorum ſeſe recepit: qui tantum abeſt, ut tunc Patavii fuerit, ut biennio antea in omni ditione Veneta, ad eum diem, quo Bononia diſceſſit, pedem nunquam poſuerit. In Polyzelia enim valle agens, quandiu Verona Maximilianus potiretur, aliquando Veronam ſeſe conferebat, propter Corneliam Turriam ſpectatæ formæ & eruditionis, quam impotenter deperibat. Vide Nymphas Indigenas ſub titulo Politidos. Verona Venetis à Maximiliano reddita, ſolum vertere coactus, impatientius tulit amicæ, quam patriæ deſiderium. Hujus rei fidejuſſorem dabimus ipſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ipſum Epigrammate, quod inter Nova legitur:

*Quid merui fugiens Atheſis pater? unde petenti.*
*Indigena dulces amne negantur aquæ?*
*Vt ne etiam patriis hoſtis malus incubet oris?*
*Vt noſtram noſtro ſanguine paſcat humum?*

Legantur reliqua. Diſceſſum vero illum, & reliquum vitæ actum vocat exilium ſuum. Itaque circa idem tempus ſcribens ad ſenem Marium Æquicolam, quocum & Matthæo Bandello Inſubre Dominicano olim Mantuæ familiaritatem & amicitiam contraxerat, ita caſum ſuum miſeratur.

*Quam non fauſta ſacræ huic fixi veſtigia terræ.*
*Irrita ſic lento me coquit igne mora.*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Ille ignis eſt Cornelia Turria.

*Exulis huc animum primum detruſit Apollo:*
*Nec minus hos ideo non probat ille modos.*

Verſiculos intelligit, quos de Cornelia luſit, qui non extant, præter illud ſuperius Epigramma. Deinde repetit altius ruinas domus ſuæ:

*Vix dum etiam attigeram maturi luminis oras,*
*Præludit teneros dum pia barba dies:*
*Excidimus patriis rebus* ---- Sed legatur rota Elegia, quæ extat inter Lacrimas. Denique annus, quo Iulius in Ligures venit, non poteſt ignorari, quum is fuerit, quo Maximilianus obiit, ut toties Iulium ipſum narrantem & Ligures ipſos, qui Aginni degebãt, audiverunt amici, & liberi ejus. Obiit Maximilianus XII Ianuarii ann.

ann. MDXIX. Iulius autem ineunte Ianuario Auguſtam Taurinorum venit. Præterea VII annos ſolidos in Taurinis deſedit. anno autem MDXXVI profectus eſt in Aquitaniam. Venimus ad portum: Burdones, Bordonos, Bordonios profligavimus: ut nihil ex tam impudenti fabula depromi poſſit, quod non potius in æmulorum contumeliam vertat, quam ut vel minimum ejus impuriſſimi mendacii ad nomen Scaligerum perveniat. Nihil tam facile excogitatur, quam mendacium, nihil tam facile confutatur. Certe nihil calumniati ſumus: nihil refellimus, quod, tametſi non feciſſemus, per ſe ipſum refelli non poſſet. Saltem ſi mentiendum, ſi frons perfricanda, ſi calumniandum erat, cum aliqua ſpecie veri hoc facerent, non autem Ferrariam cum Verona,



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Veronam cum Patavio confunderent, hominem morientem inducerent XXVII annis poſtquam mortuus fuerit; magiſtrum artium declararent aliquot annis poſtquam medicus Doctor fuiſſet: hominem Patavii conſtituerēt, qui biennio ante in omni ditione Veneta pedem non poſuerat. Nihil reliqui ſibi ad portenta mendaciorum fecerunt. Quid ſupereſt, quam ut turpi fuga in latebras ſeſe abdant, ubi tam inuſitatæ calumniæ pœnas dēt innocentiſſimis manibus Iulii Cæſaris Scaligeri, ut neque apud bonos eis locus ſit, quod tam impudenter mentiti ſint, neque apud malos, quod tam infeliciter rem geſſerint. Horum odium, illorum ludibrium effugere non poſſunt. Ne erretis, acutiſſimi viri, non ita infeliciter aut incommode cum Iulii Cæſaris Scaligeri manibus agitur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

agitur, ut non, tametſi paucorum nebulonum invidiam incurrerint, tamen longe plures probos, doctos, & omni exceptione majores viros nanciſcantur, qui non ſolum memoriam tanti viri ab iſtorum Cercopum calumniis vindicabunt, ſed etiam ipſos Cercopas juſtiſſimis armis, hoc eſt ſcriptis veritate, non mendacio amphitheatrico inſtructis ulciſcantur. & certe jam ferrum in igne eſt: & multi ad tam juſtum pietatis exemplum vel ſe ipſi excitant, vel ab aliis excitantur. Supereſt, ſine quo quid ſycophantia comminiſceretur, non habebat, locus Lilii Gregorii Gyraldi; ubi Iulio Cæſari Scaligero prius Burdoni cognomen fuiſſe dicitur. Id jam Ioſephus Scaliger monuerat in Epiſtola de gente Scaligera. Tamen improbi, ne quam calumniandi occaſionem



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

amitterent, id Ioſepho objiciunt, tanquam novum, & ab eo nunquam animadverſum. Dicam igitur, quod his ſuperioribus diebus ex eo didici, quum ſuper eo loco Gyraldi à me conſuleretur. Iulius Cæſar Scaliger in Carnia, Chroatia, & Italia vocatus fuit IVLIO DABVRDEN. Eſt autem Burden tractus ſaxoſi & infeliciſſimi ſoli in Carnorum finibus. Id lingua Carnorum & Chroatarum terram infrugiferam, ut re vera eſt, ſignificare non ſemel Ioſephus à patre audivit, ejuſque dominum fuiſſe Bonifatium Scaligerum, qui ut Iulium fratris filium à Michaele filio ſuo diſtingueret, cui alius dynaſtiæ titulum dederat, hoc nomine eum vocabat. Non enim Iulius fuit Burdeni dominus, ſed Michael, aut ejus mater potius: quia dotale, non avitum Bonifatii



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

fatii prædium erat. Addebat Iulius, quum id non minus longe lateque pateat, quam Diœceſis Aginnenſis, tamen ſiquis illud conduxiſſet poliendum, vix illi quotannis rediturum fuiſſe, quod culturæ ſumptus reficere poſſet. Hæc toties teſtantem patrem Ioſephus ait ſe audiviſſe, & tam conſtanter mente id retinuiſſe, ut recens ejus memoria ipſi in animo hæreat, proinde ac ſi heri illud didiciſſet. Non ſolum igitur eo cognomine deſignabatur, ſed etiam Italis IL TOSO DABVRDEN vocatus fuit. TOSO prima notione quidem tonſum ſignificat. non tamen propterea dictus fuit, ut Ioſephus putavit, quod à pueritia uſque ad ultimum vitæ diem ſtrictim tonſus eſſet ipſe, & omnes filios ſuos eſſe juberet, adeo ut & hodie Ioſephus ipſe quanvis ſenex capillum gravetur

ſi paulo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ſi paulo longiuſculus creverit. ut nihil vetet, quominus & ipſe monachus fuiſſe videatur: non, inquam, propterea ita vulgo dictus fuit, ſed quia ſic pueri in Longobardia vocantur ὑποκοριστικῶς. quod ſuperiore anno, quum Bononiæ & Patavii ageremus, obſervare potuimus. Toso igitur dictus, quod non pauci ita vocentur, etiam hodie, DABVRDEM vero à loco, cujus tamen ipſe dominus non erat. Quare hinc colligimus quam feliciter expetiverit Amphitheatri Sophiſtis ſcurrile commentum de Iulio Franciſcano. Vt reliquam ſtultitiam & væcordiam omittam, quis tonſi nomine monachum deſignavit? Quis ſanus, qui raſi ſunt, tonſos vocaverit? Quis unquam hominem raſum nomine appellavit, quum monachum intelligeret? Quam periti Latinita-

tis

tis ſint, qui ex tonſo raſum fecerunt, hinc colligi poteſt. Nam quum vulgus Belgarum uno tantum verbo tam radere, quam tondere interpretetur, illi putarunt unum verbum Latinum ſufficere, quo illa duo explicarentur. Belgæ enim ſunt, καὶ βελγιστὶ λατινίζουσι, vel potius βαρβαρίζουσι. Quis non miretur cæcitatem odii, confidentiam mendacii? Quale, obſecro, id acumen eſt? Tonſus vocabatur. Ergo fuit monachus. Peritus Scoticæ doctrinæ. ergo Franciſcanus. Et nos quoque exemplo tam acutorum magiſtrorum aleam jaciamus: Trajecit mare. ergo fuit nauta. Geſtabat gladium. ergo homicida. Ne ipſi quidem negare poſſint, majorem vim acuminis ſui his frivolis contineri, quandoquidem de hujuſcemodi gloriari, & ſerio triumphare

phare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

phare ſolent. Quod autem pueritiam primum in Noricis, deinde in Carnis, Chroatis, Dalmatis Iulius egerit, ſatis ejus ſcripta teſtantur. De Noricis alias dicetur. In Carnis autē non ſolum puer, ſed & adultior, & jam vir diverſis tēporis intervallis degit. quo nomine eos populos ſuos vocare ſolet. In Exercit. CCCXIV, 2. *Noſtros Carnos, & Pyrenæos.* Item CCXVII, 10. *Peſetz animal hoc vocant illi haud procul à noſtrorum Dalmatarum appellatione.* Slavonice ibi loquuntur, cujus ſermonis parum peritus erat: pater autem, & patruus longe peritiſſimi. Paulus Scalikius, qui ſe pro Michaelis filio gerebat, homo Slavus erat, in Carnis natus, in Chroatis educatus, in Germania inſtitutus. An de genere ſuo mentitus ſit, id neque ſcimus, neque confutamus, neque noſtra refert. hoc unum certo



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ſcimus, quæ is de Bonifatio Michaelis patre dixit, non ſolum vera eſſe, ſed eorum multa veſtigia in ſcriptis editis Iulii Cæſaris, longe plura in non editis extare. Quod ſi Iulius vocatus fuiſſet Burdo, omnino vulgo dictus fuiſſet IVLIO BVRDONE, & non IVLIO DABVRDEN. quo nullum majus telum adverſus ſycophantias amphitheatricas. An idem eſt BVRDONE, & DABVRDEN, ut Tonſus, eſt raſus? Agite ferte omnia ſuſque deque. miſcete mare cælo. quid ad hoc reſpondeatis, non habetis, neque comminiſci, neque mentiri poteſtis. Hoc unicum argumentum omnes Burdones jugulat. Apud Lilium ergo, quod jam Ioſephus monuerat, Burdoni pro Burdeni error eſt aut ipſius Lilii, aut Typographi, qui Lilii librum, aut illius, qui Iulii poëma

de

de Elyſio Principum Eſtenſium excudit. imo neceſſe eſt errorem Typographi eſſe, quandoquidẽ Iulius neque illud poëma excudi curavit, neque unquam excuſum ſcivit. Nam manu propria deſcriptum ſe principi Ferrariæ obtuliſſe ipſemet dicebat anno Chriſti MDLVII in Viveſiano. Typographi igitur error eſt, aut illius, qui inſcio Iulio excudendum tradidit. Neque ſane verum eſt. quod Ioſephus ex conjectura credidit, Iulio Lilium Gyraldum notum fuiſſe: qui ab adoleſcentia uſq;,ad annum Chriſti MDXXVII, nunquam Ferrariæ fuit: ſed eo anno, direpta ab Exercitu Cæſaris Caroli V Roma, annum agens ætatis XLVIII Ferrariam patriam ſuam ſeſe recepit, ubi & deceſſit. Itaq; de Iulio nihil certi ſcire potuit, niſi quod tunc ex lemmate poëmatii illius colligere potuit

poſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

poſt annum MDXXVII. Itaque quod ajunt, illud teſtimonium Gyraldi aperire ſcenam hypobolimæorum Scaligerorum: hoc ſane magis aperit ſtultitiam eorum, qui credunt, ſcelus, qui aliis perſuadere volunt. Sed ut tandem lectorem abſolvamus, quem tam diu in Burdonium amphitheatricorum quiſquilliis occupavimus, videmus in hac fabula duos Benedictos, Bordonium Patavinum, Bordonum Veronenſem: duos item Iulios, Iulium Burdonem Patavinum medicum, cujus pater ignoratur, Iulium Bordonum Benedicti filium artium magiſterium XXXVI ætatis ſuæ anno conſecutum. ex his ambos Benedictos unum eundemq; hominem fuiſſe, ambos item Iulios pro uno eodemque accipiendos: & proinde quin Verona & Patavium una eadem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

eademque urbs ſit, negari non poſſe, imo neceſſario concludi. Ante aliquot annos medicus Siculus Ioſephus Scala Ephemeridon opus edidit. Si ejus patri nomen Iulio fuit, non dubium eſt, quin Ioſephus Scaliger idem ſit, qui Ephemeridas ſcripſit. qui netiam hodie vivunt quidam docti viri, qui quanvis quotidie Ioſephum vident, & cum eo ſermonem ſerunt, tamen haud diu eſt, quum ipſum earum Ephemeridon auctorem eſſe crederent. Si aliquid ab illo medico commiſſum eſſet, quod anſam calumniandi malevolis præberet, quis dubitat, quin in Amphitheatro id Ioſephus noſter feciſſe diceretur? argumento, quia idem nomen, idem cognomen utrique eſt: & propterea neceſſario ſequeretur Siciliam & Bataviam eandem eſſe, præſertim quum utraque



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

traque inſula ſit, quemadmodum Verona, & Patavium una eademque urbs eſt: & quid non commenti fuiſſent tam acuti magiſtri, quandoquidem illis tonſus idem eſt, quod monachus, Scoticæ philoſophiæ conſultus idem, quod Franciſcanus? εὖγε ὦ θεῖαι κεφαλαὶ, ὄναισθε τῆς ἀγχινοίας. Bene à vobis proſpectum eſt, quomodo apud fatuos docti, apud imperitos probi haberemini, qui & ingenii & probitatis veſtræ tã luculenta teſtimonia poſteritati reliquiſtis. Et tamen ſi quis ad unum immane volumẽ veſtrarum contumeliarum reſpõdeat tribus verbis duntaxat, continuo claſſicum canitis: Porro Quirites, injurium eſſe dicitis, expoſtulatũ itis. Ilicet, vobis ſolis loqui fas eſt, nemini ad maledicta reſpondere. Quis monuit impurum Veſpillonis filium de

bardo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

bardocucullo Franciſcano, præter vos ſartores illius cuculli? Nam de Veronica Paridis Burdonis ſartoris Tarviſini filia, mangonium eſt non veſtrum, ſed terræ omniparentis alumni, & aliorum id genus bipedum. quod ut ab eo meretricia impudentia excogitatum, ita à meretricis filio avide exceptum. At de ea Veronica agere nunc tempus eſt. Veronica igitur, ſi Diis placet, Paridis Burdonis, ſartoris Tarviſini filia, mater fuit Iulii Burdonis, ne ſcilicet tam felix nomen Burdonum de cognatione abiret, ut ejus filii tam à materno genere, quam à paterno Burdones eſſent. Quis tam felici memoria eſt, ut patrem, avum, proavum hujus Veronicæ, homines retrimenta potius urbis, quam cives, ut ipſi prædicant, qui ante CXL, & amplius annos obierunt, (ſiquidem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

unquam fuerunt) quorum neque ſepulcra, neq; memoria ulla extat, ita ad uguem referre poſſit? Satis æſtuant hodie hiſtoriarum conditores in eruendo è tenebris genere & geſtis heroum, qui citra centum dumtaxat annos mortui ſunt: & ecce, mirabile dictu, in civitate Tarviſina ſordidorum, & obſcuriſſimorum hominum memoria tam diligenter conſervata eſt. Quid ſupereſt, quam, ſiquis memoriam ſui apud poſteritatem propagare velit, ut nomen ſuum inter ſartores Tarviſinos referat? Nam, quantum colligere licet, Tarviſina civitas etiam ſartorum geſta ac præclara facinora in Tabulariis publicis inſcribere ſolet. Aliter enim memoria illorum periret. Sin autem, unde ergo tanta felicitas tam ſtercoreæ genti, ut poſt ducentos fere annos tam curioſos

nominis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

nominis ſui cuſtodes nacta ſit? Quod ſi aliud nomen illi mulieri fuiſſet, alius ſartoris Tarviſini filia foret, & fortaſſe non Tarviſini, ſed aut Tergeſtini aut Tridentini, aut neſcio cuiatis. ſed neque ſartoris, ſed veſpillonis, aut peculatoris. O Aſini, piacula terræ, opprobria ſæculi, quid meremini, qui tanta ſecuritate judiciis lectorum illudere veriti non eſtis? Cæterum Veſpillonis filio eſuritionum patri tandē metuendum erat, ne fame tabeſceret, niſi in culinis Romulorum, Remorumque veſtra mendacia illi offas quæſiviſſent, quibus inanem vētrem expleret. Quemadmodum enim cæci cum cantilenis quibuſdam oberrantes oſtiatim fruſta panis, aut ſtipem emendicant, ita paraſitus iſte cum hoc inſtructu mendaciorum veſtrorum urbem perreptans vix tandem pran-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

prandiolum aut ſportulam à fatuis, à naſutis nihil, præter plorare, conſequitur. Sed quum Benedictus Burdo fuerit Veronenſis, Veronica autem ſartoris Tarviſini filia, quæro, utrum Tarviſium Benedictus nuptias ejus petitum iverit, an ea Veronam, ut Benedicto nuberet? Nunquid ea ludimagiſtros Tarviſii, Benedictus ſartorum filias Veronæ nõ reperiebat? In hoc agnoſco in iſtis Burdonibus aliquod fatum regium. Nam quemadmodum Reges & ſummi Dynaſtæ longe conditiones petunt, ita iſtum Benedictum Burdonem non piguit Tarviſium proficiſci, ut cum Burdonis filia, muliere gentili ſua, & ſui ordinis, conjugium iniret. quanquam hoc unum ad felicitatem illius connubii defuit, quod ille cum Sartorum, quam Veſpillonum genere affinitatem contra-

contrahere maluerit. Sed excuſari poteſt, quod in Neumarchia Palatinatus nunquam fuerat. De Veronica Lodronia quid ſentiant carcinomata generis humani, non eſt honeſtorum hominum curare. Sat eſt ab illis id laudari, quod à nebulonibus vituperatur. Hujus magnanimæ, & excellentiſſimæ Heroinæ, priſca & illuſtri nobilitate, præclaris animi & morum dotibus nullum teſtimonium in literis extat, quod obtrectatoribus opponamus. Eſt tamen, quod ſine piaculo omittere non poſſumus, ad quod ingenua judicia reſpectum habebunt. Monſtra hominum non moramur. De anno, quo Typographica ars inventa eſt, non convenit inter ſcriptores. Vt quiſque vetuſtum librum nactus eſt ante CXL annos impreſſum, eum putat primum omnium excuſum. Vola-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

terranus in illã congeriem Commentariorum ſuorum multa temere & ſine delectu conjicere ſolet, in quibus illud: auctores artis impreſſoriæ fratres duos, homines Germanos edidiſſe Romæ Auguſtini libros de Civitate Dei, & Lactantium, eoſque primos omnium prodiiſſe anno MCCCCLXV. quibus ſignificat eo anno natam Typographiam, idque Romæ. Alii producunt libros Ciceronis de officiis anno MCCCCLXVI à Iohanne Fuſt impreſſos. Vnde quidam ſomniant & ipſum Fuſt artis inventorem fuiſſe, & ante eos libros Ciceronis nullum fuiſſe typis excuſum. Alii ab eodem Fuſt primum omnium Moguncìaci impreſſum fuiſſe Doctrinale Alexandri Grammatici. Omnium vetuſtiſſimum, cujus tamen nomen reticetur, Venetiis excuſum profert Rabbi Ioſeph

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Sacerdos in Chronico ſuo, anno Iudaico 5188, Chriſtiano MCCCC-XXVIII. quod nemo hactenus animadvertit: certe nemo indicavit. Vnde ille Iudæus colligit artem imprimendi ab eo libro incepiſſe. Sed falluntur omnes. Nam opus Ciceronis de officiis non eſt primus librorum, qui typis excuſi ſunt, ſed primus Ciceronis liber de officiis. Idem de reliquis judicandum. At illi libri eodem modo, quo hodierni, impreſſi ſunt, ex plumbeis nimirum literis ſimul compoſitis & in formas quadratas ſtipatis. Atqui aliter rudimenta artis inchoata ſunt. Nam non ex diſcretis & ſingularibus typis inter ſe junctus, ut hodie fit, cæptum eſt imprimi, ſed in pagellis ligneis, quibus literæ inciſæ erant: qui modus primus excudendi in noſtra Hollandia Harlemii inventus fuit, ubi etiam hodie
ædes

ædes oſtenduntur, in quibus inventor artis eam primum periclitatus eſt. Harum pagellarum meminerat Accurſius Mariangelus in Donato ſuo in membranis excuſo, qui liber poſtea in poteſtatem venit Aldi Manutii junioris. Verba Mariangeli. Poſt alia: *Impreſſus autem eſt hic Donatus & Confeſsionalia primum omniū anno* 1450. *Admonitus certe fuit ex Donato Hollandiæ primum impreſſo in Tabula inciſa.* Rudimenta igitur artis typographicæ ab editione Donati inceperunt in Hollandia, non ex typis, ſed ex Tabula inciſa. In urbe vero Harlemienſi inventam teſtatur vir eruditiſſimus Hadrianus Iunius: qui quum jure hanc patriæ ſuæ vindicarit, & non pauca digna cognitu de ejus incunabulis prodiderit, eam à Tabulis inciſis, & ab editione Donati cæpiſſe ignoravit.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Illuſtriſſima Veronica Lodronia Horologium beatæ Mariæ, (vulgus vocat Matutinas horas) penes ſe habuit, pagellis ligneis inciſis impreſſum in membranis, literis inter ſe colligatis, & connexis, ut mos ſcribendi eſt mercatoribus & Tabellionibus properantibus, præſertim Germanis, & Belgis; ita ut chirographum hominis Germani diceres. neque ſane quis facile primo intuitu dijudicare potuiſſet, niſi monitus, aut attentius in lectione immoratus. Locus, ubi is liber, & annus, quo excuſus fuerit, non appoſitus erat. Is oblonga forma erat, ligneo tegmine munitus, ſed cui extrinſecus operimentum ſerici villoſi jam uſu detriti adglutinatum eſſet, argenteis marginib. incluſum. Librum aperienti in averſa parte tegminis, quod ejus craſſitudinis erat, ut cavum mo-

dicæ profunditatis capere poſſet, inciſum erat loculamentum rotundum, cruſta cryſtallina obtentum, in quo Crucifixi, Mariæ Virginis, & Ioannis Evangeliſtæ ſigilla ex argento incluſa erant. Infra non longe à pedibus Crucifixi hoc chirographum muliebre extabat: VERONICA DI LVDRONE DELLA SCALA, cum quibuſdam literis Germanicis peſſime deſignatis, quæ ejuſmodi erant, ut in illis feminæ manum facile agnoſceres: & quanvis longa tractatione obſoleverant, tamen neque ulla ex illis perierat; neque ita deformata erat, ut commode legi non poſſet. Hunc librum, quem XXXVI annis poſt matris ſuæ obitum poſſederat Iulius Cæſar Scaliger, à cane leporaria diſcerptum diu doluit, & magno illud damnum redemiſſet. Quæ omnia Ioſe-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

phus, quanvis tunc admodum puer eſſet, & vidit, & meminit, & ut teſtatus eſt, ita ſumma fide retulimus: & Silvius ejus frater, qui millies hoc amicis retulit, ſi viveret, idem perhiberet. Hæc eſt illa Veronica, quæ fortiſſimo, conſtantiſſimo, optimo heroi, ſed infeliciſſimo Benedicto Scaligero nupta fuit, & cum eo, ac filio Tito eodẽ monumẽto Ferrariæ ſepulta mulier prudentiſſima, graviſſima, Germanice & Italice diſertiſſima. Ei pater fuit Paris Ludronii comes, avus maternus Comes Antonius Nugarola, eques auratus. Matris nomen referre non poſſumus. ſed materteram ejus præſtantiſſimam ævi ſui Heroinam, Angelam Nugarolam, Antonii Arci Comitis uxorem ignorari non patiuntur eximiæ ingenii & morum dotes, ſcripta ejus Latine & Hetruſce tam carmine,

quam

quam ſoluta oratione ab ea re-
licta. Qui ejus vitam, ingenium
divinum, pudicitiam, formam,
prudentiam, pietatem erga ma-
ritum, patriam, amicos amplius
noſcere cupit, legat caput CLXIX
Fratris Iacobi Philippi Bergoma-
tis, Auguſtiniani Eremitæ de cla-
ris mulieribus. Neque ſola illa
fuit in gente illuſtriſſima Nuga-
rolarum, quam dotes animi, in-
genii, & morum commendarent.
Nam eodem tempore florebant
ejus gentiles Ginevra, & Iſota
Comitis Leonardi Nugarolæ e-
quitis aurati filiæ. quarum prior
Brunoro Gambaræ equiti nu-
pſit. Iſota autem in perpetua vir-
ginitate permanſit. Nihil de vir-
tutibus gentilis ejus Angelæ dixi-
mus, quod de iſtis dici non poſſit.
Ambæ enim ſcriptis à ſe Latine
& Etruſce editis ſatis nobilita-
tæ ſunt. An Tarviſinæ ſartoris


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

filiæ hæc convenire poſſint, viderint, qui eam nuper de ſterquiliniis ſuis eruerũt Terræ filii, homines ridicule mendaces: qui ſi aliquo judicio præditi fuiſſent, potuiſſent ſpecioſius mentiri, & fabulæ colorẽ ejuſmodi inducere, qui ſi non vi veritatis perſuadere, ſaltẽ feſtivitate, ac venuſtate mẽtiendi lectores allicere poſſet. Iã monſtra Burdonum, ac Bordonorum confecimus. Iulius Cæſar Scaliger à Burden idẽ eſt, qui antea, integra fama, nulla aura, aut cõtagione ſordium generis afflatus, nulla labe ignominæ aſperſus, adverſus calumnias Cercopũ veritate ſola tutus, patre Benedicto Scaligero, matre Veronica Lodronia, utroque illuſtriſſimo. Væ victis. *Rumpatur quiſquis rumpitur invidia.* Vnum reſtat nomen expungendum, ne quid debeamus. Iulius, inquiunt fures Sandapilo-

dapilonum filii à Cercopibus & Scarabeis moniti, non prius ſe Scaligerum vocare auſus eſt, quã in Aquitaniam venit: ubi primum Scaligerum ſe dici voluit, quum antea Burdo, Bordonus, Bordonius vocaretur. Hæc ſcurrilitas ſuperiorum gemina & ſimilis eſt: neque mirum: eoſdem enim auctores habet. Si pater ejus cognominatus eſt Benedictus Scala à Scalis S. Marci, aut à Scala, quam pro inſigni in fronte tabernæ ſuæ pinxerat, ut ſcurræ Pantaleonum dicunt, mirum eſt non retinuiſſe illud cognomen, quandiu in Italia egit, ſed illud in profectionem Gallicanam diſtuliſſe. Si enim pater ejus Scala à Scalis S. Marci vocabatur, quæ invidia erat eo cognomine uti? Primus Cicero in gente Tullia, & primus Cæſar in Iulia cognomen ſuum in poſteros ejuſdem familiæ tranſmiſerunt.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Legimus paſſim ridicula cognomina, in Romanorum familiis, quæ quum uni impoſita fuiſſent, poſteri retinuerunt, neque ſibi dedecori fore putarunt, ſi ea uſurparent. Si igitur iſte imaginarius Benedictus Scala nuper in Pantaleonum fornace conflatus illud cognomen jam proprium fecerat, filius ejus Iulius potuit id ſine ulla invidia, ac nemine refragrante, tanquam hereditarium uſurpare. Mendaci homini quam memori eſſe expediat, nuſpiam clarius patere poteſt, quam in hoc putidiſſimo mendacio, filium non auſum fuiſſe cognomē patris uſurpare, niſi poſt triginta plus minus annos, quam pater ita Venetiis appellari cœpiſſet. Tanta væcordia eſt, tanta obtrectationis prurigo, ut non ſenſerint ſe pugnantia loqui. Quid vetabat dicere, cognomen patris ita filio pla-

placuiſſe, ut in poſterum illo potius, quam Burdonis, notus eſſe in Italia voluerit? Hoc modo ſi non pudentius, tolerabilius tamẽ mẽtiti eſſent. Verum age, ſi Iulius non aſſumpſit cognomẽ Scaligeri, niſi poſtquam in Aquitaniam venit, vicerit Burdonum fabula. Sin autem, —— *pereant qui nigrum in candida vertunt*. Albertus Durer pinxit Benedictum, Bonifatium, pinxit puerum Iulium Cæſarem Scaligerum, pinxit adoleſcentem, viro proximum, virum. Bis & vigeſies ejus vultum minore & majore modulo expreſſit, ut non ſemel aſſeverabat ipſe Iulius, qui quaſdam etiam ex poſterioribus illis tabellis diu aſſervarat. In illis Benedictus, Iulius, & Bonifatius & Titus ſemper Scaligeri, non Burdones, manu Dureri deſignati erant. Marius de Alvetio Æquicolus illuſtriſſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

illuſtriſſimorum Mantuæ Principum cliens, ipſius Iulii familiaris fuit. Ad eum, ut ſupra retulimus, quum anno MDXVII Iulius ſcriberet, inter alia hoc addit: *Vixdum etiam attigeram maturi luminis oras*, &c. *Excidimus patriis rebus*. Impudentiſſimum, & vere veſpillonem oportebat eſſe, ſi quum ſe Burdonem eſſe ſciret, Benedicti Burdonis famelici ſcrutarii filium, auſus fuiſſet dicere ſe Scaligerum eſſe, & excidiſſe patriis rebus? quomodo patriis rebus, ſi pater præter ſcruta nihil habebat? Qua fronte apud tantum virum ſe pro Scaligero gerere potuit, ſi Burdo, non Scaliger erat? Eodem tempore Mantuæ degebat Matthæus Bandellus Inſuber Dominicanus, vir eloquentiſſimus, & optimus, qui poſtea per aliquot menſes Epiſcopus Aginnenſis fuit, & Mantuæ Marium Æqui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Equicolum ſumma obſervantia
oluit, atque ibi cum Iulio Cæſa-
e arctiſſima amicitiæ neceſſitu-
line conjunctus fuit, quam ab eo
empore, ad ſupremum uſq; vitæ
liem, in Aquitania perpetuavit.
s, quum unam hiſtoriarum ſua-
um, quas Aginni Etruſca lingua
Boccatium imitatus conſcripſit
Iulio dedicaret, eum non ſolum
Scaligerum agnoſcit, ſed etiam
Illuſtriſſimum vocat in epiſtola
dedicationis. & quum in quatuor
tomis ingentibus, ſingulas ſingu-
lis ſummis, & nobiliſſimis, ac ge-
neroſiſſimis viris dedicaverit, ne-
minem eorum majori honore,
quam Iulium affecit, quum tamē
aliquot ex illis illuſtres vocare
nulla fuiſſet invidia. neque ſane
cauſſa erat, cur eum alio cogno-
mine afficeret, quam quo illi
Mantuæ & alibi in Italia notus
fuerat. Anno MDXVIII, Bononiæ
Iulius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Iulius aliquot opuſcula Galeni manu ſua deſcripſit, quum Galenus nondum Græce editus eſſet: & plura deſcripturus erat, niſi ab amicis admonitus editionem Galeni Græcam ab hæredibus Aldi adornari, ab incepto opere, ne actum ageret, deſtitiſſet. Extat hic penes Ioſephum filium exiguus Tomus illorum opuſculorum tanta elegantia, tam æquabili litera ſcriptus, ut non tironis Helleniſmi, aut ἀνδρὸς ὀψιμαθοῦς, ἀλλὰ ἰθαγενοῦς Ἕλληνος ἰδιογράφιον dicas. In ejus libri averſa parte primi folii hos verſiculos manu illius eadem opera, eodem atramento exaratos legi.

Τὰ μὲν Γαληνοῦ ταῦτα συντάξεις ἔχει.
Καῖσαρ δ' ὃ χεῖρα καὶ γραφὴν ἐνήρμοσε,

Τὸ

Τὸ μὲν αὐτοκράτορος ὄνομα
καὶ θυμὸν πνέων,
Γένους δ' ἀρίστων στέμμα Σκα-
λανῶν φέρων.
Βάρβαρος οὐ πέλομαι, ἀλλ' οὐδὲ
τε εὔχομαι εἶναι.
Οὐδ' ἂν ἀμφιψαίμην πρὸς Κρο-
νίων ἀπάτραν.
Ἦν δὲ Σκαλλανῶν θείων γένος,
ἔρνος ἄρηος.
Φοῖβον ὅλον κατέχων στήθει,
παῖγμα τύχης.

os verſiculos à nobis converſos on auderem his ſubjicere, niſi irem iis, qui Græce neſciunt, em gratam me facturum, ſi ea ngua, quam intelligunt, expreſ-os darem:

*Libris Galeni, quos volumen hoc*
*habet,*
*Accommodavit Cæſar & calamum*
*& manum,*

Qui

*Qui nomen & cor Imperatoris gerit,*
*Inſigne gentis ſtemma Scalanæ ferens.*

*Barbarus haud ego ſum, quin nolim barbarus eſſe.*
*Cum Iove commutem nec genitale ſolum.*
*Scaligero ſed ſum de ſemine, Martia proles,*
*Phœbum animo ſpirans, Fors, tua crebra pila.*

Ecce ϛέμμα Σκαλανῶν φέρων, item θεῖον Σκαλανῶν γένος, quum adhuc ageret in Italia anno MDXVIII, octo ante profectionem Aquitanicam. Ac propterea alicubi ſcribit ſe primum omnium Galenum Græcum in Aquitaniam detuliſſe. Nam Galeni editio abſoluta fuit anno MDXXV apud Aldi hæredes. Iulius autem anno ſequenti in A-

quita-

quitaniam venit. Vrriga Gambara anus, æqualis Iulii, nobiliſſima femina Brixienſis, quæ Iulium in Italia ante noverat, quam Conſtantiam Rangoniam in Aquitaniam comitaretur, tantum abeſt ut eum Scaligerum non agnoſceret, ut etiam ſeſe affinem ejus diceret tam ex Gambararum, quam Ludroniorum gente: quod veriſſimum eſt. Nam Scaligeris cum Gambaris affinita intercedebat. Exercit. CCXLV. *Nam ſi Gammarum vocas eum, qui cauda caret, Cancrum dices illum, qui ad Binaſcum frequentiſſimus eſt in veſtratibus patinis, quem vulgus tuum, quam tu, rectius vocat Gambarum, inſigne in armis vicinorum tuorum, affinium meorum.* Dynaſtæ Ruverenſes, omnes Taurini Ligures, viri, feminæ, pueri non alio quam Scaligeri cognomine eum denotabāt. In arce Vici novi Ruverorum, in parieti-

parietibus, in ſpecularibus inciſum nomẽ Iulii Cæſaris Scaligeri extabat adhuc anno MDLXV, quum in Taurinos Ioſephus veniſſet, & Conſtantium fratrem adoleſcentem acerrimum & fortiſſimum ibi reperiſſet, qui apud Dynaſtam Vici novi agebat expectans aliquot nobiles, qui una ad bellum Hungaricum profecturi erant. & id Ioſepho retulit, quum apud illuſtrem Hieronymum Ruverum in urbe Taurinenſi in palatio ejus archiepiſcopali una cœnarẽt. Nobiles puellæ arcis Ruverenſium Vici novi in ſudariolis, quæ in ludo Scacchorum ab ipſis, ut ſolet fieri, ſtipulabatur Iulius, ſi in ludo vincerentur, inſignia Scaligerorum, & nomen Iulii Cæſaris Scaligeri intexebant. Ex illis quædam ſervavit diu Andietta Rupia nobiliſſima & caſtiſſima matrona Iulii uxor.

Marco

Marco Antonio della Rovere
Epiſcopo Aginnenſi nomen Bur-
donis tam ignotum fuit, quam
Scaligeris Burdonum ſcrutario-
rum ſtercorea & commentitia
propago. Neque is bonus vir
eum aliter vocavit, ac ab aliis vo-
cari audiebat, & ſemper vocatum
fuiſſe ſciebat. Supellex argentea
Benedicti Scaligeri, cavum ar-
gentum, pollubra, gutti, lances.
quæ ante CXL annos Noribergæ
in Germania elaborata fuerant,
inſignia Scaligerorum inſculpta
habebant. Horum reliquias ali-
quot adhuc penes ſe habebat Sil-
vius liberorum maximus natu,
anno MDLXXXV, in quibus Aqui-
la imperialis, & Scala Scaligero-
rum, non Pantaleonum. Hæc
ſane ſunt vera ſcruta Benedicti,
non illa Pantaleonum. Item illa,
quorum mentio Exercit. XCII:
*Hæc ſcimus nos, quum haud paucas*
(porcel-

(porcellanas) *extare comperiſſemus adhuc inter miſeras reliquias veteris ruinæ Scaligerorum.* En ſcruta Scaligerorum. Itaque ſi abhinc CXL plus minus annos Benedictus eam ſupellectilem confici curavit, quomodo ſi Burdo erat, inſignia Scaligerorum geſtare maluit, quam baculos, quos *bordones* vulgo vocant, qui in Diplomate Patavino extant? Erat quidam in familia Epiſcopi Aginnenſis Tagliaburgus à vico Ligurum, ubi natus erat, dictus, aliquot annis major natu, quam Iulius. Eorum, qui ex Italia in Aquitaniam venerant, & epiſcopum ſecuti erant, nemo certiora de Iulio ſcire poterat, quam iſte Tagliaburgus, qui Canonicus majoris Eccleſiæ Aginnenſis fuit, & Iulium ab anno uſque MDXIX noverat, coluerat, & ſecundum dominũ ſuum Epiſcopum obſervarat. Si quis illi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

bi dixiſſet optimo & innocentiſ-
mo ſeni Burdonem, non Scali-
erum, eum appellatum ſemper
iſſe, donec in Aquitaniam ve-
iret, quid aliter quam ſe in a-
um hominem mutatum eſſe,
ut ludibrio haberi putaſſet, &
bi delirium objici, qui eum
unquam alio, quam Scaligeri
omine vocatum fuiſſe meminiſ-
et? Antonius Tampa Ligur Tau-
inus, & ipſe quoque de familia
piſcopi, qui arcis epiſcopalis
Montis Barami præfecturam,
lum vixit, obtinuit, idem teſtare-
ur, ſi viveret, ut pote qui Iulium
am ab anno MDXIX in Liguri-
bus, & poſtea Aginni ad obitum
ejus uſque, noverat. Nicolaus Sa-
ernus Veronenſis vir nobiliſſi-
mus diu degit Aginni, & in præ-
toriis Epiſcopi una cum Bandel-
lo vixit. Is neque audivit, neque
legit, neque ſcivit eum aliter,
quam

quam Scaligerum vocatum ſemper fuiſſe. Ejus fratris filius Horatius una cum Ioſepho Burdegalæ apud Simeonem Beaupè Aurelianenſem literis operam dabat anno MDLIV. Idem dico de Torello Veronenſi; qui Iulium non raro inviſebat, quandiu in Nitiobrigibus egit; neque pili eum feciſſet, ſi quæ aura aut ſuſurrus Bordonorum ſive Patavinorum, ſive Veronenſium aures ejus verberaſſet. Iulius antequam in Vicum novum Ruverenſium ſe conferret, hæſit aliquandiu apud Plotiaſcos Nonnii dominos: à quibus non aliter exceptus fuit, ac ſi ex eorum familia fuiſſet. quem honorem illi profecto non habuiſſent, ſi alicui Burdoni, non Scaligero ſe id facere credidiſſent. Quin ex fratribus Plotiaſcis unus Canonicus Aginni in majore baſilica fuit, vir decorus,

s, ſed valetudinarius. Is ſella
ſtatoria delatus quotidie Iu-
m inviſebat, & ſeria jocis mi-
ens vitæ ſuaviter in Nonniana
ce tranſactæ ſæpe mentionem
ciebat. quin moriens legavit illi
ſcio quid frivolorum. Ei Iulius
ó alio cognomine notus, quam
tribus ejus fuit, dum in Liguri-
s vixit. Cardanus, qui poterat
deri juſtas cauſſas habuiſſe il-
m ulciſcendi, nunquam ei ig-
obilitatē generis objecit, quam,
ulla fuiſſet, proculdubio non
cuiſſet, neque ſane ignorare po-
it, quum ibi degeret, unde ſci-
poterat. imo adeo Scaligerum
m eſſe credidit, ut & majorum
tricidia ei exprobraverit N.
nfelicianus Aquitanus Ru-
nus, eques Rhodius, qui vive-
t adhuc anno MDLXXXIIII,
atis ſuæ XCI, vir nobiliſſimus,
in ea ætate integris ſenſibus, &
optima

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

optima memoria, Iulium in Sicilia, & in Italia noverat. Is apud Silvium Cæſarem Iulii filium non ſolum eum Scaligeri cognomine deſignabat, ſed etiam multa de ejus fortitudine, peritia equitandi, militia magnifice prædicabat. Eraſmus, qui ubique gentium ὠτακουστὰς habuit, in quibus etiam mercenarios non paucos, tantum abeſt, ut aliter, quam Scaligerum vocaverit, ut, quia monitus erat eum fere ſemper militaſſe, hoc ſolo argumento negare auſus ſit eum auctorem fuiſſe orationis, quam pro Cicerone adverſus illum ſcripſit; idque teſtatus eſt Epiſtola, quam ad amicos duos ſcripſit. quod coëgit Iulium aliam orationem ſcribere, qua ſe prioris auctorem aſſerit; quæ una cum epiſtola illa Lutetiæ apud Vidoveum edita eſt. Sed Eraſmus homo vaferrimus per emiſ-

ſarios

ſarios ſuos omnia exemplaria magnis ſumptibus conquiſita flammis aboleri curavit. Vnum exemplar Ioſephus reliquit Agini. Neque ullum præter illud poſtea nanciſci, aut videre potuit. Tanta fuit emiſſariorum Eraſmi diligentia. Quum autem poſtea in alia Epiſtola eum per contumeliam militem vocaret, & hoc ſolo aliis vellet perſuadere tantum eruditionis illi non fuiſſe, ut ejuſmodi orationes meditari potuiſſet, ob eam cauſſam Iulius ad tertiam orationem commentandam animum appulit, cujus editionẽ mors Eraſmi interpellavit: & cum reliquis operibus ejus in direptione ſupellectilis primo bello civili periit. Nihil vero Eraſmus tam ſerio affectavit, quam ex militia ejus eum literarum imperitum probare, quum tamen aliter ſe ſentire apud amicos diſſi-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

mulare non potuerit. quod quadam ad Conradum Goclenium epiſtola teſtatur: *Iulii, inquit, Scaligeri libellum tam ſcio illius eſſe, quã ſcio me vivere. Id tamen diſsimulandum eſt, ne magis inſaniat prodito fuco.* Vides crediſſe & diſſimulaſſe. ex quo conſcientiam hominis æſtimare licet. De hac tertia oratione monitus ab emiſſariis ita ſcribit ad Damianum à Goes, anno MDXXXV: *Ajunt Doletum quendam in me ſcribere. Minitatur neſcio quid & Iulius Scaliger.* Itaque Eraſmus, qui de ejus militia ab iis edoctus fuerat, qui eum in Italia vederant, nunquam ab iis audivit, aut didicit ipſum Burdonem vocatum fuiſſe. Ecquod præclarius teſtimonium dare poſſumus, quam ab homine Italo, qui eum in Liguribus familiariter noverat, Cælio Secundo Curione, viro diſertiſſimo & piiſſimo?

ſimo? Ejus ex epiſtola ad Paulum Scalikium hæc verba ſunt. *Iulius Cæſar Scaliger, de quo tuo nomine mecum egit Oſualdus, fuit corpore procero, meæ omnino ſtaturæ, recto, ad dignitatem compoſito, colore ſubfuſco, oculis micantibus. inceſſus omniſque geſtus gravis, ſed ſine faſtu: veſtitus elegans. Ita aſpectu ipſo Principem virum judicares. Sermo cæteris reſpondens, rarus, in quo gravitas cum humanitate & lepore certaret. Sed bene Latine ab omnibus loqui exiſtimabatur. Vxorem duxit nobilem & primariam ſuæ civitatis puellã Aginni, quam Agen vocant Galli in Aquitania, ex qua aliquot liberos ſuſcepit, quorum maximus natu Silvius Cæſar appellatur, quem vivere exiſtimo. Hæc habui certa de Scaligero tuo meoque.* Si Burdo antequam in Aquitaniam veniret, vocatus fuit, quare Scaliger ab homine, qui eum in Liguribus intime

noverat, vocatur? An acutius telum eſſe poteſt ad jugulum ſycophantiæ petēdum? Certe ne Natura quidem ipſa melius eum formare potuit, quam à Cælio Curione deſcriptus eſt. Qui hominē viderunt, (extant enim Aginni non pauci) nihil mentitum dicent, neque pilum latum ab ejus moribus, ſermone, forma deſcribendis Cælium diſceſſiſſe teſtabuntur. qui tam paucis verbis totum Scaligerum non minus expreſſit, quam vultum ejus penicillo ſuo Durerus. Hoc unicum teſtimonium ſatis erat profligandæ calumniæ. Sed maluimus crebris ictibus beſtiam repetere, ut miſerius periret, quam una plaga conficere. Videtis igitur, viri acutiſſimi, flos delibatus ſapientiæ, niſi alios Burdones habetis, præter eos, quos magno conatu conquiſitos cum tanta in-
famia

famia veſtra in medium produxiſtis, vos oleum & operam perdidiſſe. Neque adeo oportebat vos *μακροῖς αὐλοῖς ᾄδειν*, ut poſtquam omnia feceritis, quo manibus Iulii Scaligeri injuriam faceretis, nihil quam poſteritati ludibrium veſtri relinqueretis. Nam quid ex iſta molitione conſecuti ſitis, non video, præter infamiam & turpitudinem, quam aliis infligere volebatis. Iulius, quod pace veſtra dixerim, jam à puero eſt Scaliger: adoleſcens, vir, per omnes ætatis & vitæ gradus, non alius, quam Scaliger fuit. Non calumniamur. vos ſi verum amatis, judices fero. neque magis fallaciis, mendaciis, ſycophantiis veſtris efficere poteſtis, ut Iulius Scaliger ſit Iulius Burdo, quam ut Amphitheatrum horroris ſit ſanctuarium veritatis, & melioribus maledicere, nullam ratio-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

nem dignitatis, generis, virtutis habere, nulli hominum ordini parcere, hoc ſit vineam Dei colere. Vos in manifeſto mendacio deprehenſi eſtis. Iam Scaligeris proviſum eſt, quomodo locum ſuum tueantur. quomodo vos mendacia veſtra tueamini, & quam latebram vanitati quæratis, veſtrum eſt videre. Interea vetis, veſtrum eſt videre. Interea vetero dum ad choragium itis, ut aliam perſonam induatis, & ſpectatores tibicen oblectat, patiamini, quæſo, tantum temporis nobis dari ad veram hiſtoriam expromendam, quantum vobis ſuperfuit otii ad ridiculam fabulam commentandam: ut poſtquam quis fuerit Iulius, de quo aliquid jam nobis dicendum eſt, didiceritis, tunc aut ſententiam mutetis, aut ſaltem ſilentium vobis ipſi imperetis. IVLIO itaque CÆSARI à Burden pater fuit Benedictus Scaliger,

Scaliger, patrui Bonifatius, Hyeronymus, Titus, Frãciſcus. Trium ultimorum duo priores ad fretum Euboïcum, Frãciſcus ad Methonem cum Turcis pugnantes circa idem tempus occubuerunt. In oratione priore in Eraſmum: *Quid tu nos ab eo ſigno rejicis, pro quo aliquot patruorum meorum ad Methonem, & Euboeam mortui ſunt?* Franciſco filius fuit Marcus cognomine Ruſſinus, à ruſſo oris colore dictus; qui Mantuæ à Iulio Vincio Martoloſſo Venetorum emiſſario obtruncatus eſt, una cum duobus filiolis Mauritio & Iulio. Felicius cum illis actum fuiſſet, ſi Burdones fuiſſent. De Benedicto ejuſque militia ita filius ſcribit Poëtices lib. III: *Benedictus Scaliger cum Matthia Corvino Rege Turcarum exercitus multos fudit: equitem è ſuis nullum ſtipendiis, ut alii faciebant, defraudavit:*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*Dei opt. max. cultum, præter morem militarem prima ſummaque habuit in commendatione: ſubditorum multis, quos Bonifatius frater ſupplicio dignos judicabat, ignovit.* Exercitatione in Cardanum CCXXVI, 12, *Is Dominius, quum in naves impoſitam manum militum, juſſu patris, duceret ſuppetias Rhodienſibus, per anchoræ funem ſubeuntem à ſe viſum* (nempe in Oceano Gallæco, ut infra) *dicere ſolebat hominem marinum.* De eadem re Commentario II. περὶ ζώων ἱστορίας. *Hieronymus Dominius vir ſimpliciſſimi animi, præceptor meus è Norico, in Oceano Gallæco noctu hominem per anchorarium funem adrepſiſſe, ſecuris imminentis de portiſculi manu metu demerſum vidiſſe ſeſe. Sebaſtianus Epirota patris mei miles ab ſeſe unum viſum Tritonem inter Appolloniam & Dyrrachium me adoleſcentė prædicabat, etiam irridente. Georgius Mala-*

*caſſa*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*caſſa ex eadem terra ejuſdemque contubernii, præfectus levibus equitibus ab ſe unum ſpectatum Methonæ in litus ejectum. Conſtantinus Palæocapus à patre ſuo viſum unum in ſinu Euboico, quum militaret adverſus Bajazetem Othomanum, narravit mihi. Talerius Teſira Valentinus eques patri meo ab ſeſe unum viſum vivum exceptum retibus, paloque alligatum legatis, quorum nunc in mentem non venit, oſtentatum quaſi ad ſupplicium quendam maleficum virum. Summiſſum deinde equitem, qui ſuum affinem legatis diceret: oraret, impetraret ab Rege veniam: ſe ejus beneficii memorem, neque ingratum futurum. Legatus impetrat de ſubridente Rege. Nam mox ſolutus vinculis in mare de ſcopulo, ubi vinctus ſteterat, præcipitem ſeſe dedit.* Commẽt. περὶ ζώων ἱστορ. *Narravit mihi pater. Bello Carolino tirunculus Gallus in Calabria quum mel ſurripuiſſet, injuria*

 *affectis*

*affectis apibus, atque everſis alveariis, ubi equum veſpere conſcendiſſet,* * *potum vehentem eum, atque equum ab apibus interfectum.* In his ego, qui meus ſtupor eſt, nihil video, quod ad ludimagiſtrum, aut ſcrutarium Pantaleonum pertineat, niſi fortaſſe dicant longe aliter illi accidiſſe ac Dionyſio Syracuſano, qui ex Rege ludimagiſter fuerit: iſte contra ex ludimagiſtro Veronenſi ſummus dux belli evaſerit. Qua autem gratia apud Maximilianum fuerit, habes Exercit. CCLIX. *Puer hoc ego didici ab Hebræis, qui, quod patris mei gratia, qua apud Maximilianum Cæſarem valebat, ab imperatore certa diplomata impetraſſent, clientes familiæ noſtræ facti ſunt.* Hic quærendum eſſet, quando tanta gratia apud Imperatorem valuerit: utrum quum ludimagiſter eſſet, an quum in Scalis Pantaleonum

vilia venderet togato ſcruta popello? Hujus præſtantiſſimi viri dictum refert filius Poëtices primo. *Soccus humilis eſt. Italas mulieres altiſsimis uſas vidimus, quanvis diminutiva voce dicãt Socculos. Patris mei perfacetum dictum memini, Ejuſmodi uxorum dimidio tantum in lectis frui maritos, altero dimidio in ſoccis depoſito.* Fortaſſe inter ſcruta ſua & ſocculos quoque nanis Pantaleonum uxoribus vendebat. In tota enim Italia nuſpiam crebrior uſus illorum, quam ibi. Is primus Scaligerorum id uſurpavit, FVIMVS TROES. Oblitus fuit hoc ſcribere ĩn Scala, quam pro inſigni Tabernæ ſuæ poſuerat. De Bonifatio patruo ſic primo Commentario περὶ ζώων. *Captas* (capreas) *juvenculas habuit Bonifatius patruus manſuetas: è quibus unam ſpectabamus ſumma cum jucunditate captam imagine capreoli*

*in*

*in aulæo texti ad eam maximis intervallis ſalire.* De eadem re Exercit. CCVII. *In aula patrui Bonifatii vidimus cicures* (capreas) *aſsilire ad aulæa pendentia, in quibus ſimiles eſſent intextæ feræ.* An Burdonum gens aulas, & aulæa habuerit eo ſæculo, nondum rationem inire potui. Exercit. CC. *Haud procul Dertona Palavicinum quendam, qui eſſet in venatione, & Hiſpanica lancea ſerpentem interfeciſſet, eum ejuſque equum morte deletos audivi è fortiſsimo equite Antonio Lazaro, qui ſub patruo meo Bonifatio ſtipendia faciebat.* Non putaſſem Burdoni convenire turmam habere, niſi alius locus ſuccurriſſet, Exercit. CLII. *In Liguribus Taurinis anſerculos cicutæ foliis devoratis illico expiraſſe: qua tamen in provincia vulgo ejus radices pro delitiis habent in acetariis, addito etiam elogio ſalubritatis. urinas enim ciere valide admodum.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*dum. Ego quoque ſæpe eſitavi, ſi ſari ſapore, In valle tamen Polyzela præſentibus nobis cicutæ radix recepta pro petroſelino in prandium à vinitore per initia jejuniorum amentem fecit. Nazarium Baſſanum civem noſtrum, & equitem fortiſſimum turmæ patrui Bonifatii*, &c. In Chroatia degit. Commentario III περὶ ζώων. ἱστορ. *Nudum equum præfecti noſtri viri fortiſſimi Rutſchani, qui magiſter equitum Divi Maximiliani fuit, facilem attrectatu vidimus. at faleratum ne attingeres. Is equus Boëmicus fuit, patientia, pernicitate, obedientia, forma, atque animo præſtantiſſimus omnium, quos vidimus. Habebat & ſimilem Bonifatius patruus, quem dono acceperat à Sigiſmundo Chroatiæ principe familiæ noſtræ amico ſummo.* In Hungaria apud Matthiam Regem. Comment. IV περὶ ζώων. Is (Corvus) *Oſtrozzam patruo miſſus brevi tempore Hungaricum perſonabat,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*nabat*, &c. Hactenus de Bonifatio. Titus Benedicti filius, Iulii frater natus eſt Ripæ ad caput Benaci, ſuſceptus ex baptiſmo à Tito patruo. Scarabei Auſoniani commenti ſunt Baptiſtam vocatum, quod Veneti Tito pro Baptiſta dicunt. Ergo patruus ejus, qui illi nomen in baptiſmo impoſuit, Baptiſta non Titus dictus fuerit. Itaque Nænia de illo Baptiſta ita facile eluditur, quæ nupera & novitia eſt, poſt divinam locorum controverſorum editionem nata. De hujus fortiſſimi viri virtute ita frater ejus Poëtic.lib. II, cap. XX: *Talia verba Alfonſo Ferrariæ duci in cladis Ravennatis procinctu quum eſſemus, frater meus, vir fortiſſimus, atque multis prælius clariſſimus, ſemperque victor Titus Scaliger ſeſe cohortanti, atque patris Benedicti geſta in memoriam revocanti dixit, ſe aut morte, majorum ſuorum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*rum illuſtrem gloriam inſtauratu-rum, aut vita fortunam ſuperaturum.* Nimirum quum Dux Alfonſus proponeret illi majores ejus, Burdones, ſcrutarios, & ſartores, intelligebat. IVLIVS CÆSAR SCALIGER DABVRDEN eques auratus, in quo totius mimi de Burdone ſcena agitur, & ipſe quoque natus Ripæ, primam pueritiam in agris maternis, vel avi materni egit. Exercit. CIV, 23. *Me puero apud maternos avos agente Lodroni ad Salodianos, ni fallor, montes,* &c. Exercit. CCLIX. 2. *Lodroni educato mihi apud maternum avum, in prima pueritia, & mox ad tirocinii rudimenta apud Maximilianum,* &c. Exercit. CXXIV. *In avi materni Paridis arce Lodroni, quum eſſemus pueri, leporem aluimus, qui adultus cum cane leporario etiam interdum à recenti cruento venatione, libere, ac ſecure luſitaret.* Exercit. CCLXVI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

CCLXVI. *Namque apud maternos affines Hans, Conrad, Lienhart, vverſgang, ſi impexa, fœda, abſona videntur tibi: at Reticis noſtris, atque Vindelicis, atque Noricis deformis videatur, Zuan, Togno, Pider, Z ani.* Non mirum Veronam eandem cum Patavio eſſe, quum hic videamus Tarviſium & Ludronum eandem unamque urbem eſſe, & Veronicam Paridis Comitis filiam eandem cum Veronica Paridis Tarviſini ſartoris filia. Sacro lavacro à Paulo Middelburgenſi impertitur. Exercit. CCLXVI *Paulus à Middelburgo*, &c. *is Paulus quum mihi ſalutis lavacrum imperti-retur, juſsit hoc nomine, quo tibi notus ſum, nominari.* Io. Iucundum Veronenſem, qui poſtea Franciſcanuus fuit, præceptorem habuit. In Heroibus.

*Prima elementa mihi puero*
*dedit ille tenello,*

*Qui*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*Qui norat magni prima ele-*
*menta Dei.*

In Satiris.

*Pauca tibi narrare volo, quæ*
*dicere quondam*
*Miſolitus Iucundus, homo*
*integer, acer, amuſſis,*
*Fermentato judicio, ingenio-*
*que ſubacto:*
*Quem velles vidiſſe adeo, at-*
*que audiſſe loquentem,*
*Euclides, & Vitruvius cui ce-*
*dere poſſent.*
*Nam geminos poſuit pinguis*
*tibi Sequana pontes,*
*Implevitque alias immenſis*
*molibus urbes.*
*Hunc mihi Phœnicem lingua-*
*que & moribus auctor*
*Vitæ utriuſque pater dederat*
*conſultus habendum,* &c.

Exercit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Exercit. CIV, 23. *Dicebat Io. Iucundus præceptor noſter, omnium bonarum artium vetus, novaque bibliotheca,* &c. Exercit. CCCXXIX; *Iohannes Iucundus civis noſter, nobili genere prognatus, qui Maximiliani juſſu cum Hieronymo Dominio Norico, fortiſsimo ac ſanctiſsimo viro, inter tirocinii rudimenta me utriuſque literaturæ primis ſacris imbuit, vir fuit in philoſophia peripatetica non ignobilis, Scoticæ ſectæ ſummus Theologus, in Mathematicis nulli ſecundus, in optice atque architectura omnium facile princeps,* Quod ait de præceptoribus ſibi juſſu Maximiliani datis, idem perhibet Poëtices lib. III. *Per initia ſtudiorum meorum multi dati ſunt nobis præceptores à Divo Maximiliano Cæſare, quem honoris cauſſa nomino, viri ſancti, ſed impolitioribus nati ſæculis.* De Dominio Comment. II. περὶ ζώων. *Hieronymus Dominius vir ſimpli-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*mplicisſimi animi præceptor meus in Norico*, &c. Exercit. CCXXVI, 2. *Hieronymus Dominius è Norico nobilisſimus, ac fortisſimus vir, qui cum ſocio ſuorum ſtudiorum Iohanne Iucundo Architectorum coryphæo me primis literis Græcis imbuit.* Quum igitur Benedictus Bordonius ejus pater Veronæ ludimagiſter fuerit, quare paſſus eſt filio ſuo præceptores à Cæſare dari, quum ipſe alienorum puerorum præceptor eſſet? An minus propenſus erga ſuos, quam alienos fuit? De ſuo tirocinio Exerc. CXXI. *Tiro quum eſſem, è grandioribus muſcis unam albis pictam lineis ſpecie allectus cæpi*, &c. Exercit. CCLXIX, . *Lodroni educato mihi apud maternum avum, in prima pueritia, & mox ad tirocinii rudimenta apud Maximilianum; quum ſero res Italas, nec niſi armatus, attigisſem, haud ita multum verſari licuit in penitiore linguæ Italicæ*

*licæ opulentia*. Tironem militiæ hic agnoſco, non artis tonſoriæ, quemadmodum nuſpiam tonſorem, ſed militem, ut in illis Exerc. CCCXXXIII: *Celſus Sergius Coſentinus contubernalis meus, eques fortiſſimus.* Et CCXXXIII, 3. *Commilitiones incolumem Aquilam juſſu noſtro amiſere.* II Comment. περὶ ζώων. *Taliſq;* (Orca) *viſa eſt à commilitone noſtro extra Gades.* In eodem. Loquitur de equo Hiſpanico: *In bello vulnerati non cadunt. Vidimus nos ſeſſorem equitem avexiſſe prælio, flumen vadaſſe, cui plurimum inteſtinorum è vulnere delapſum humo traheretur.* Clarius de eadem re in V Poëtices, cap. IX: *Vidimus nos inter animi fideique miracula unum è commilitonibus avectum incolumem, equo ita ſaucio, ut etiam inteſtina per humum traheret: neque prius concidendi tempus eſſe ratus eſt, quam ſeſſor deſcenderet, atque in ſocii terga ſubſiliret*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

liret. Comment. IV. περὶ ζώων.
oquens de pediculis : *neque enim*
*gunt, ut pulices, ſed rodunt. quod*
*os in caſtris & in mari ſæpe & diu*
*xperti ſumus.* Fortaſſe intelligit,
uum navigaret cum Baltaſare
onſore patrueli ſuo. Ibidem: *Ob-*
*ervavimus paſſeres nos frequenter.*
*liquando etiam in Liguribus Tauri-*
*is, quum in oppido Cunei nos obſide-*
*nt Suitzeri poſt cladem Novarien-*
*m, quum ſtationem attentius ſerva-*
*mus, obſervavimus paſſerem unum*
*cimum ſeptimum initum expleſſe,*
*uum ex opa ſua (lateritii enim ibi*
*rietes ſunt) remearet ad conjugem.*
xercit. CLXXIV: *Ad montem*
*ellum in excubiis militaribus procul*
*arbore viſa eſt lucis ſpecies. Senſim*
*ceßi miratus immobilem. Gallina*
*at candida, quæ multum ob tumul-*
*um, rapinamque Germanorum pedi-*
*um conterrita quum aufugiſſet, ibi*
*rnoctabat.* Lib. v Poëtic. *Cæterum*
*qui*

*qui ſunt in agminibus exercitati (uti-nam id nobis ignotum eſſet) verborum tum ſucceßionem, tum cohæſionem probent.* Libro III Poëtic, cap. XX. *Protexit enim Lauſus patrem, quem-admodum & nos noſtrum, quan-quam alio & fato & facto.* Quum pater ejus in Scalis S. Marci con-ſenuerit, quæro quando hoc con-tigerit. Degit in Carnis, Chroatia, Dalmatis, Iſtria, & illius tractus regionibus II Comment. περὶ ζώων: de Xiphia: *Dixere navicula-tores mihi Iadertini non ſolum pun-ctim irruere ſed etiam cæſim movere.* Ibid. de Teſtudine marina: *Oculis eſſe nitidißimis, & pupilla precioſa inter lapillos quum ſero legiſſem, do-lebam amiſſam occaſionem mihi per-ſpiciendi, verane eſſent. Nam pueri admodum unam altilem habuimus dono miſſam patri è Tergeſtino ſinu.* Exercit. XLVII, de Eteſiis: *Quin e-tiam in ora Carnorum ad Adriaticum*

*eorum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*rum nullum ſenſum cæpi, ſed potius bſolanos, qui ſecundo Sole ſtant.* opterea, ut ſupra diximus, Cartos ſuos vocare ſolebat. Hinc, quod Natiſonem lapidiæ fluum alloquitur in Novis epiammatis: *Inſomnes latices*, &c. ercitatione CCXXII, 3. *vocantq; ſulæ Hiſpaniolæ Lobum. Si eum in yrico vidiſſes, ut nos, vineas populanm, tam longa tibi navigatione opus n fuiſſet.* Comment. IIII περὶ ώων. *Quam etiam quum in Illys eſſemus in excurſione Chriſtoori Frigepanis, & pernoctaremus tugurio, Gallina Galli cantu cecit ſemel atque iterum, atque tertio, quarto. Nos territi prodigio ſuus. Anus hoſpes noſtra gallinam ehenſam ſtatera appendit. Notat ndo in pariete carbone. Poſtero die, cte eandem appenſam ubi aniadvertit leviorem, obnunciat ros à feminis ſubjugatum iri.*

*atque*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*atque ita evenit, ut fortiſsimus ille vir ictu pilæ ferreæ interiret manu imbelli.* Iſte Frigepanis eſt idem cum eo, cujus meminit Exercit. CLIV, 10: *Vna è noſtris feminis ſpectatæ & formæ, & pudicitiæ, Franciſca nomine, quæ Matthiæ Frigepani magno & inſigni Regulo poſtea peperit Chriſtophorum magni nominis & potentiæ virum. Ea ante annum ætatis ſuæ quartum & decimum nullius ſuaſu flecti potuit, ut carnib. veſceretur.* Hoc dixi, ne quis erraret. Fuit enim alius Chriſtophorus Frigepanis Michaëlis filius, qui & ipſe pila ſcloppetaria interiit pro Iohanne wayvoda Hungaro adverſus Ferdinandum Auſtriacum Caroli v fratrem pugnans, anno MDXXVIII, longo tempore poſt hæc geſta. Eodem: *Animadverte id quoque: non eſſe verum hoc ſemper Imberbes atque impubes eſſe ſteriles. Multos vidimus nos ſine ullo pilo, inter quos Hierony-*

*Hieronymum Calvum apud Raguſam. Vidimus in Dalmatia Rhetorem, qui ſibi eſſe liberos binos affirmabat, & tonſorem Siculum trium liberorum, quos vidimus, patrem, & Sixtum Saonenſem, & alios, in quibus ne unus quidem pilus fuit.* In iiſdem Comment. *Sed quomodo Velia ſit avis peregrina? imo vero vulgaris eſt. Nam & in valle Polyzela ipſam vidimus, & in Iſtris, ubi eam appellant Varellam.* Lib. I. cap. IX. Poët. *Multum frequentemque eorum uſum vidimus in Illyrio, Græcia, Macedonia, Thracia: paucis locis in Italia, nunc in Galliis plurimum.* Primo Poëtices: *Habes Amphitheatri laudes apud Martialem, quod ab Auguſto deſtinatum Veſpaſianus extruxit, Titus filius dedicavit: duo in urbe noſtra: quorum alterum admirabile. Vnum Polæ vidimus non contemnendum: Nemauſi unum ſtructura & mole nulli ſecundum.* Quomodo igitur,



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ut ajunt Scurræ, poſtquam tonſor ex claſſe Hiſpanica reverſus eſt, Patavium literarum diſcendarum cauſſa miſſus fuit, qui tandiu in Iſtria, Chroatia, Carnis, Illyrio vagatus fuerit? addo etiam in Epiro. In iiſdem Comment. *Etiam lacum adivimus in Epiro. Bojanam nominant, ubi ſunt piſces præſtantiſsimi.* Exercit. CLXVII. *Epiroticus ager quam lætus, quam uber ſit, ſi non credis oculis noſtris, at Varronis, Ciceronis, Ariſtotelis reverere teſtimonia.* Neſcio, an Iulio conceſſerint æmuli, quod ipſe à Cardano poſtulat, ut ſaltem revereantur teſtimonia de locis, in quibus fuit, ſi aliud ab ipſis impetrare non poſſit. Et ſi non his contenti ſunt, accedat ſuperioribus auctoritas ex alliis, quæ inviſit. Ex Sicilia. Exercit. CCXI. *Vnam* (Gazelam) *Meſſanæ mihi Rhodius oſtendit eques.* Aliquot interjectis:

*Quum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*Quum id è Sicilia rediens enarraſſem affinibus noſtris qui in Syria fuerant,* &c. Ex Norico Comment. περὶ ζώων. *Aquilarum maxima & fortiſſima eſt fulvo colore, quam Græci* γνήσιον *vocant, quoniam veræ ſit aquila nobilitatis. Hanc in Norico vidimus etiam manſuetam, & ad venandam doctam, tam vaſtæ magnitudinis, ut Germanicus ſatelles principis Bavariæ doleret cubitum geſtando.* In iiſdem Comment. *Hoc ſemel vidimus in Alpibus Taurinis: non ſemel autem in Noricis interfuimus cum Paulo Liechtenſtein præfecto Germaniæ à Divo Maximiliano.* Hujus generoſi Pauli de Liechtenſtein & filiorum ejus quatuor, Wolfgangi, Leonardi, Hartmanni, Georgii mentio extat in volumine rerum Germanicarum C. V. Marquadi Freheri pag. 356. Ex Germania Exercit. CCXXVIII. *Eramus olim apud Albertum Durer*

*aliquot tirunculi*, &c. In oratione pro Cicerone: *At ego, Auguſtæ quum agerem, etiam cauponum filias aliquot vino abſtinuiſſe, neque à nobis oblatum recepiſſe ſcio.* Sed & infra dicetur amplius, ubi de Maximiliano. In ſuperioribus exẽplis oſtẽditur fuiſſe in Norico. Sed & in Novis Epigrammatis Alpes ipſas Noricas alloquitur, quum ibi eſſet. *Quæ mihi præruptis rigidæ cervicibus Alpes*, &c. In Liguribus fuiſſe non negabunt. Nã inde in Aquitaniam ſeſe contulit. Illud tamen præterire non debemus, militantem ibi degiſſe. Exercit. CLVIII: *Et hæc cicatrix, quæ mihi ſub oculo lævo eſt, vix maximi periculoſiſſimique vulneris oſtendit veſtigia, non alio, quam Balſami, auxilio: quod mihi miſerat heroina excellentiſſima, ſpectatiſſimaq; tum pulchritudinis, tum virtutis Agneſina Soleria, cujus ego hoſtes in campis patentibus haud ſemel*

mel

*mel victos, atque profligatos ex illius primum, deinde ex ſuis caſtellis atque oppidis exegeram.* Inde lux illi divino Scazonti in Hipponacte:

*Spumoſe, concitate, ſaxifer Sango,*
*Superba proles Alpium tremendarum,*
*Exeſa cujus flexibus citis ripa*
*Pervulſa torva luce Martis invicti*
*Largo cruore fortis hoſtis imbuta,*
*Tremefacta ſe ſummiſit ad pedes noſtros:*
*Dic imminentis avio jugo clivi,*
*Cujus feroces, horridaſque cervices*
*Parere fractas juſsit hæc ſibi dextra,*
&c.

idem illis in Apiculis:

*Poſt hinc ad Ligures Tauri cognomine quid non*
*Patravi, ut facerem Dominæ ſatis? Hoſtis ab ejus*
*Arcibus expulſus, propriis exutus. inanis*
*Solus ego. Occiſæ ſpes. Tum tranſlatus amor, quem*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*Heu flerem ſtultus, ſapiens ſtomacharer. Ineptus*
*Quum deſiderio tabeſcere dulce putarem.*
*Demum ad me redii: & quodcunque amiſeram, id ipſum*
*Æquius amiſſum ferrem, quam jam ante potius.*

In Comment. περὶ ζώων ἱστορ. *Vivit Ciconia ſerpentibus, quos nos Stapuniſii ab ea adferri vidimus. Id eſt caſtellum in Taurinis, ubi quotannis ſumma in turri nidum faciebat.* In comitatu Maximiliani Cæſaris: In Commẽt. περὶ ζώων: De Capreis, quas Camoccias Itali, Galli Chamois vocant: *eas tirunculis nobis comitantibus ægreque aſſequẽtibus ſummo ſtudio majore periculo, venari vidimus Divum Maximilianum.* Exercit. LI. *Scito affinem noſtrum Leonardum comitem à Nogarola, quum legatione perfunctus inde rediiſſet, de hiſce aliiſque rebus multis apud Maximilia-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*ximilianum multa narrare memini.* & CCXVIII, 4. *Quare non ingratum tibi futurum arbitror, ſi quæ ab affini noſtro Leonardo Nogarola apud Maximilianum, nobis pueris, enarrata memini, ſcribam.* Et CXVII, de Achate, in quo effigies eremitæ. *Eum lapidem Leonardus Craſſus civis noſter afferendum curavit ad Maximilianum, quum eſſemus Ratiſponæ.* Tunc quoq; puer adhuc erat. Exercit. CVII: *Balſamum deſiiſſe ais: item ais parvo eſſe in precio. quorum utrunque vanum eſt. Nam & apud Maximilianum Cæſarem multum, & nonnihil apud patrem meum vidimus ex ipſis allatum locis puriſſimum: nec parum apud Carolum Sabaudiæ ducem feliciſſimo ad ingens vulnus cujuſdam equitis in inguine ſucceſſu.* CCXXVI, 12. *Hoc ego illum Maximiliano Cæſari prædicantem audivi.* CCLIX, 2. *Lodroni educato mihi apud maternum avum in prima*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*pueritia, & mox ad tirocinii rudimenta apud Maximilianum,* &c. de Pyrriche lib. 1 Poëtic. *Hanc nos & ſæpe & diu coram Divo Maximiliano, juſſu Bonifatii patrui, non ſine ſtupore totius Germaniæ repræſentavimus.* Eques ab ipſo Maximiliano renunciatus, quum poſt prælium Ravennate Ferraria ad ipſum Maximilianum in caſtellum Cadurum in finibus Tarviſinorum ſitum ſeſe contuliſſet.

*Primum, cujus ego fueram olim caſtra ſecutus*
*A teneris miſer unguiculis, uſque ad ſtata vitæ*
*Robora, nec tenui muſcerda fecit onuſtum:*
*Ille quidem bonus, ac largus, ſed pauper. At unum hoc*
*Plus aliis ſenſi, aſt aliis non deterior, nec*
*Quem ullo poſteriorem ulla virtute putaret.*

Ergo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*Ergo manu propria dedit in calcaribus*
*aurum*
*Et clade ob fratrem, ac genitorem, a-*
*quilamque receptos,*
*Qua noſtro pinguent Caduria teſqua*
*cruore.*
*Addidit & laudes, poſſent quæ ſaxa*
*movere, ut*
*Creſceret an virtus, an vis inſana fu-*
*roris.*
*Nam furor eſt, iſta vitam pro laude*
*paciſci.*
*Affinem me appellavit. mi inſignia re-*
*gni*
*Romani ut ferrem poſthac virtute me-*
*apte,*
*Bartolomæo quæ obtigerunt, uxorè*
*Bavara,*
*Vnde biceps veteres nova mi daret alæs*
*honores.*
*Atque idem pene infantem me eduxe-*
*rat, auctum*
*Armis, literulis, & ſanctis moribus.*
*illum*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*Tandem apud exui ego tirocinii bene culti*
*Prima rudimenta. inde annos provectus ad illos,*
*In quibus ediderim ſpecimenque & facta decora,*
*Elogium retuli. tantum in calcaribus aurum*
*Omne tulit punctum, haud alibi comparuit uſquam,*
*Ni, ne mentiar, in modico pendente monili.*

In quibus habes compendium temporis, quod in aula & caſtris Maximiliani exactum fuit. Non dubito, quin Maximilianus eo tonſore uſus ſit, quia tunc Germani capillum alebant, ideoque rari erant tonſores. neq; alia gratia Sigiſmundo Chroatiæ principi acceptum fuiſſe, quam quod bene tonderet: Comment. IV. περὶ ζώων. *Apud Sigiſmundum principem Chroatiæ picam, quæ loquacitate*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*tate ſua omnes demulceret, vidimus.* Et antecedente Commentario Sigiſmundum Chroatiæ principem vocat familiæ Scaligerorum amicum ſummum. Iulium Cæſarem Scaligerum equorum & equitandi ſtudioſiſſimum fuiſſe non ſolum teſtari poſſent Nitiobriges, & nobilitas Vaſconica, ſed & ipſe ſcriptis conſignavit. Commentario de cauſſis plantarum. *Contra, jumenta negant à poplite deorſum creſcere. Quin etiam id nos, qui equitium habemus, facile obſervavimus longo uſu (ſtudioſiſſimi nanque hujus pecoris fuimus) poſteriora prius creſcere, præſertim in genere mulino.* Exercit. CLXXIV: *Equum ad cataphracti uſum è Calabria candidum habuimus. Is in tenebris, ubi ſtrigili fricaretur, ſcintillas jaculari videbatur.* Comment. in περὶ ζώων. de equis Belgicis. *Alii* (heros) *plagarum*

*garum ſcilicet memores, præſertim Belgæ: è quorum multis unum vidimus magna ſignificatione adeuntem herum averſari, appropinquantem calcibus dentibuſque inceſſere, nec niſi tectum conſcendi pati: famuli tractationem ſeßionemque æquo animo ferre: Vnum & nos horum habuimus, qui monitus æſtus & plagarum pridianarum cubanti mihi ſequenti nocte ſub dio mordicus humerum arripuit thoracis beneficio ſervatum.* Ibidem: *Nos unum habuimus Hiſpanicum, qui pedibus poſterioribus fœnum ad ſe traheret, ſimiarum more, quoniam paleis tantum aleretur.* Exercit. CCXXXI, 2. *Adoleſcentibus nobis equeſtris rei ſtudioſißimis dono dati ſunt libri de Equorum natura, educatione, electione, inſtitutione, quos noſtra manu deſcriptos pro theſauris habebamus.* Vnde libros III de re equeſtri ſcripſerat. quos ſibi ab amanuenſi ſurreptos & apud amicos

ſæpe

ſæpe queri ſolebat, & in v libro Poët. cap. IX. memorat. Venationis amantiſſimus: Comment. IV περὶ ζώων. de urſa: *Conſpectos nos procul quum quid eſſemus dubitaret, erecta in pedes poſteriores obſervavit quid rerum gereremus. Vbi intellexit appropinquare, rugitum tollit, apprehenſumq́ urſulum deturbat per rupes declives. tum eum ſequitur, identidem ad nos reſpiciens. Appetita plumbeis glandibus, & ictu ſcorpionum, incertis tractibus declinabat accedens ad prolem, quam conſecuta rurſus in profundam dejecit vallem, eoque ſe projecit. Incolumen utrunque ſecuti ſumus viſu: tum parentem obire, obambulareque catulum, quaſi perſcrutantem.* Ibidem: *Non dubium eſt, quin de pardo dicat, quem vidimus venantem unum, aut alterum, Hippolyti Eſtenſis juſſu, nec ſemel.* Comment. III: *Illud quoque ex eodem Plinio falſum, luporum veſtigia ſequentes equos ſub*

*equite*

*equite rumpi. Noſtri enim nunquam rupti ſunt tot fugatis lupis, & non paucis interfectis. In agro Ferentino unum confecimus plus horas tres veſtigia ſecuti: in Taurinis duos, in Seguſianis unum.* Neque aliud intelligebat Exercit. CXLIX: *Eſt enim Libanotis, ex qua Cachrys fruſtra plurimis doctis viris conquiſita, qua Ferentanos mons ille claudit, à nobis lecta.* neque quum illa ſcriberet. Exercit. CLVIII, 9. *Verum vana omnia, quando & in Calabria neglectos in arboribus vermiculos ſine cura cultuque ſericum facere vidimus, è quibus detrahunt incolæ.* De artis accipitrariæ, aucupii, & avium ſtudio ejus poſſumus prædes dare Cõmentarios περὶ ζώων ἱστορίας. Tertium genus (Aquilarum) *ſecundum hanc magnitudinem Pygargus, cauda albicante; unde & nomen. Theodorus vertit Albicillã, & Hinnulariam. Lepores enim venatur. Etiam*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*nobis venantibus catellum è ſagacibus aggreſſa eſt in montanis Taurinorum ſub Alpibus Iuliis.* Quod autem Alpes Iulias pro Alpe Iulia dixit, nõ eſt ejus error, ſed eorum, quos ſequitur. Sunt autem ſcriptores non pauci. Exercit. CCXXVIII, 3, de Aquilis: *Duas etiam aluimus. In Alpibus Veſontiorum ante oculos venatorum prævenit una canes noſtros, leporemq; ſuſtulit. Eum enim inter vepreta diu multumq; ſpeculatam ſumma cum voluptate videbamus multis gyris expectantem, dum exiret. Fuit illa miluo comparata tripla, colore fulva, ſufflava. Altera cum angue complicata decidit in Salutianos colles.* Poſt: *Vt ad Aquilam redeam: commilitones incolumem aquilam juſſu noſtro amiſere.* Ecce Burdo ſcrutarii filius in Salutianis collibus venans & militans, quod & magis confirmatur ex ſequẽtibus. *Vnam flavam admodum eandemque ferociſſi-*

*ferociſsimam aliquandiu aluimus in valle Seguſiana. Sed quum miteſcere nollet, à milite iracundiore interempta eſt. Vngues equitibus donati ad dentiſcalpia.* Exercit. CCXXXI, 2. *Vnum tantum vidimus Gyrifalconem Caroli ducis Sabaudiani, de cujus pugna nullam capiebamus voluptatem. Omne volantum genus ſine ullo negotio dejiciebat.* Exercit. CCXXVIII, 3. *Duarum vero, quas dicam, neutra corpore minor anſere. Alas utriuſque bipedem ſingulas exceſsiſſe verum eſt. Vna docta fuit venationem ad Maximilianum Cæſarem deno miſſa à Senatu Colonienſi, Flava hæc fuit potius, quam fulva, tota: ſarcina haud ſemper commoda geſtanti. Alteram in hac urbe nigram habuimus è Pyrenæis, extrema cauda candida, tam mitem, ut neque roſtro oculos appeteret, neque pedibus quippiam noxæ moliretur. Iuvenculam dono dedimus amico noſtro, quum labella crocea nondum in roſtrum*

*ſtrum obaruiſſent. & mediocrem equabat anſerem.* Is amicus ejus erat N. Raffinus Poton Seneſchalcus Nitiobrigum, vir nobiliſſimus, Claudiæ Podiæ uxoris generoſi Ludovici Caſtanei Rupipozæi avus maternus. De hac eadem Aquila in Comment. περὶ ζώων. *Nigram unam non præteriere menſes duo aluimus pulcherrimam, & compoſitiſsimam, quam etiam ad prædam cicuravimus, cui ſummum caudæ albicabat, nunquam plangentem ſe, nunquam querulam, voce ſubmiſſa, & exili.* Aliquot interjectis: *Vnam in Taurinis habuimus rutilam, non magnam, crure brevi, craſſo, pede item craſſo, ſed feroſsimam, & querulam.* AIAZ *vocant Ligures.* Hæc poſterior eſt eadem, de qua ſuperius Exercit. CCXXVIII, 3. Quin multa animalia quadrupedia, & ex volucrum genere longe arceſſita, nec ſine
magnis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

magnis ſumptibus parata domi alebat, ut Attagenas, Ardeas, & ejuſmodi alia. Neque ceſſabat ex ipſis ruſticis etiam de animalibus quotidianis ſciſcitari, aut ex amicis per literas, aut etiam ex ipſis præſentibus. quod & Ioſephus vidit, & nos docuit, & in Exercit. CCXXXIII videri poteſt : *De mergo nihil equidem præclari, niſi quod Celſus Sergius Coſentinus contubernalis meus, eques fortiſſimus narrabat mihi: Mergum cicurem Venetiis vidiſſe, qui ab hero è cymba emiſſus, non ſine ſpectatorum voluptate, & admiratione ſub aquis ſibi cibum caperet*. In Europa hoc novum eſt : apud Sinas nihil vulgatius, nihil frequentius. Huc poterant etiam addi cognationes Nugarolorum, Frangepanum, ſive Frigepanum, Gambararum. Sed ſat fuerit hæc pauca de multis carptim collegiſſe,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

e, ut oſtenderemus, quanta re-
rum viciſſitudo, & fortunæ mu-
tatio in hoc homine contige-
rit, qui ex deſpicatiſſimi ſcrutarii
& miniatoris filio, ex tonſore, ex
pædagogulo, ex mendico, &,
quod caput eſt, ex pediculoſo
agyrta Franciſcano, deinque ex
famelico medico clarus, nobilis,
illuſtris, illuſtribus prognatus,
principibus ſummis, Maximilia-
no Cæſari, principibus Eſtenſi-
bus, Chroatiis, & aliis acceptiſ-
ſimus, omnium artium, quas in-
genuum hominem ſcire decet, li-
terarum, equitandi, rei militaris,
venationis, peritiſſimus evaſerit:
ut, ſiquidem eis credamus, qui
tam faſtidioſi in ejus genere in-
veſtigando fuerunt, difficile ſit u-
num hominem ad tot tamque il-
luſtrium artium columen aſcen-
dere poſſe, niſi prius tonſor, men-
dicus, circulator Franciſcanus
fuerit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

fuerit. Et certe non mirum eſt, vix unum extare, in quem tot tum animi dotes, tum artes convenerint, quum ex ſexcentis millibus hominum vix unum reperias, qui pædagogus tonſor, agyrta Franciſcanus fuerit. Vnum excipio, qui veſpillo, lictor, publicanus, fur, peculator, & alia, quæ ſcire non laboro, fuerit. Reliquum erat, ut carnifex fieret, præſertim quum jam cœpiſſet crura cadaveribus, quæ ſepeliebat, mutilare. Sed mors tam convenientem præteritæ vitæ functionem ei invidit, magno alioquin Reip. damno & diſpendio, niſi filium reliquiſſet, qui & virtutes, quas pater habuit, ſuperare poſſet, &, quas non habuit, ſupplere. quod & nos ſummo opere expetimus, atque optamus, &, ſi Laverna faverit, fore non dubitamus. Poſtquam nulli Burdones apparent

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ı gente Ioſephi Schaligeri, ne-
ue mendacio huic occultando
lla latebra relicta eſt, neque alii
ommẽtando locus ullus eſt, nos
utem in Iulio Cæſare Scaligero
efendendo, qui tam bene de li-
eris, & de genere humano meri-
ıs eſt, ſingulare pietatis exem-
lum ſtudioſæ juvẽtuti præiveri-
ıus, quod ſequantur, quoties il-
ıſtrium hominum memoriam à
alumnia ſceleſtorum bipedum
indicare, pietas ipſa exiget, &
inculi humani reverentia: ſuper-
ſt, ut quemadmodum à Ioſephi
enere calumniam depulimûs,
a ab ipſo Ioſepho crimina pro-
ulſemus. Mendacia dico, quæ
ır Paraſitus Romulorum aut
onfinxit ipſe, aut ab aliis confi-
ta produxit, & magis ad Ioſe-
hum, quam ad ejus genus perti-
ent. Omnia vero colligere ne-
que neceſſe eſt, neque ullus id
præſtare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

præſtare poteſt, niſi qui in lupanaribus, aut in lectione Amphitheatri vitam omnem tranſegerit, & maledictis, non veritate certare velit. Quanvis enim nunquam ab ipſo Ioſepho hoc impetrare potuerim, ut horum portentorum aliquam ſaltem partem delibatam confutarem, magis ut hominibus impuritatem nebulonis famelici oſtenderemus, quam ut ipſi patibulari mēdicabulo pudorem ſuffunderemus, qui quid ſit pudere neſcit: tamen etiam invito Ioſepho hæc ita ſtrictim percurrimus, ut furem contempſiſſe potius, quam ejus rationem habuiſſe videamur. Primum ergo illud in numerum procedat: PETRONIVM Ioſephi delitias eſſe. Magnum ſane crimen. quod tamen adeo verum eſt, ut Ioſephus, poſtquam abhinc annos XXXVII Valentiæ Cavarum illum aucto-

rem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

em ex membranis Cujacii de-
ripſit, vix unam paginam illius
iſpexerit. Quo modo ergo deli-
æ ejus liber ille fuerit , quem
oſt tam longinquum tempus re-
ſere dignatus non ſit? Et tamen
ım iſti amphitheatrici latratus
on adeo deterrent, ut, ſi totus
etronius in membranis extaret,
geret eum deſcribere. Si enim
ſcriptor indignus eſt, qui tene-
æ ætati committatur, at non di-
nus, qui pereat tamen. Quare
on objecerunt Martialem, Ca-
llum, alios —— *apud quos*
*omen adeſt rebus, nominibuſque pu-*
*dor?*

uis veterum poëtarum plus
bſcœnitatis, impuritatis, flagi-
orum profeſſus eſt, quam docet
œnitentiale Burchardi? Quot
nt, qui ignorarent multa, quæ
i leguntur, niſi ex ipſo didiciſ-
nt? Ridicula magis, an impudẽs
con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

contumelia? Quot poſſent huc adferri, niſi hæc rideremus potius, quam in illis confutandis vel momentum temporis terere vellemus? IOSEPHVS olim juvenis vertit Iambum Tibulli duobus aut tribus locis obſcœnum. Et hoc quoque magnum flagitium eſt, alienos potius verſus licentiores vertere, quam proprios edere, quod fecerunt Iohannes Caſa, & Petrus Bembus, ambo Eccleſiaſtici ordinis, quorum alter Archiepiſcopus Beneventanus, alter Cardinalis. Hic Etruſco carmine pæderaſtiam celebravit, & quum hoc nomine male audiret, id Iambo ſatis frigido & illepido ad Germanos excuſare conatus eſt. fruſtra. Petrus autem Bembus elegiaco eam partem corporis humani celebravit, ſine qua nulla obſcœnitas foret. Legatur ejus Elegia, cujus initium:

*Ante*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*Ante alias omnes, meus hic quas educat hortus,*
*Vna puellares allicit herba manus.*

quod poëma merito vocare poſſis obſceniſſimam elegantiam, aut elegantiſſimam obſcenitatem. Vnius & quadraginta diſtichorum eſt. ut mirum ſit, ſi Bembum tot ſui verſus non damnant, quare Ioſephum tam pauci alieni non abſolvant. Qui hoc objiciunt, cogitare debebant prius quam alios inſimularent probri, an ullus in ſuo ordine eſſet, cui longe plura objici poſſint, quum ne illi quidem à ſuſpitione liberari poſſint, qui licentiores auctores caſtrant. quare in quendam eorum hoc vulgo jactatur:

*Feſtivus vates, qui mas audire ſolebat,*
*Dimidium tantum nominis hujus habet.*

*Non ſilice exectus, Samiæ nec fragmine*
*teſta,*
*Sed Critici cultris, exuit ille virum.*
*Nimirum Criticus facere id, quam*
*ſcribere mavult,*
*Quod mavult vates ſcribere, quam*
*facere.*

Hoc mittimus ad Apoſtolum Iapponenſem, retrimentum inſcitiæ, impurum auctorem libelli de tribus Capellis, cujus inſcitia certat cum improbritate: quanquam non deſunt, qui Furem Veſpillonis filium auctorem aſſerant. Sed eum excuſaverit Amphitheatrum Sociorum, in quo utrunque magis eminet. Pergamus: IOSEPHVS pæderaſtes eſt, & atheos. Quæ vigiles videmus, ea dormientes imaginamur. Fur, pridie quam hæc ſcriberet, ſine dubio aliquot ejuſmodi viderat. Ideo quod in illis vigilans ſciebat eſſe, id Ioſephum dormiens putavit



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

tavit habere, & mane experrectus hoc oraculum ex tripode Lavernæ pronunciavit: in quo ſeſe oſtendit majorem uſum habere comminiſcendi probra, quam diſcernendi. Quid opus erat duo tam execranda flagitia objicere, quum ſatis eſſet unum? Nam atheiſmus poteſt eſſe ſine altero: alterum nunquam eſt ſine atheiſmo.

*Non ideo eſt pædico, Deum qui non putat eſſe.*
*Sed qui pædico eſt, non putat eſſe Deum.*

Certe non ſolum Gallis popularibus Ioſephi, ſed & Batavis noſtris tam inauditum, tam novum eſt Ioſephum illis duabus fœditatibus affinem eſſe, quam unquam in Batavia ambas, aut alterutram earum vel fando auditas eſſe. Certe qui illis turpitudini-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

bus ſeſe contaminarunt, nihil habent, quod Ioſepho opponant, præter quam ſe illo ditiores eſſe. Sed qui talia confingunt, nihil magis offendit eos, quam ſeſe nihil habere, quod in vita & moribus ejus reprehendere poſſint. Pæderaſtæ, & athei ſunt, qui Burdones comminiſcuntur, non ii, ad quos de Burdonum ſterquilinio nihil pertinet.

Ζεῦ πάτερ οὐρανόθεν μεδέων
ὕψιστε, μέγιστε,
Ὡς Σοδομειτάων πᾶν ἀπόλοιτο
γένος,
Πηλογενεῖς Βούρδωνας ὃ γηόθεν
ἐξανέτελλεν,
Ὄφρα θεῶν φύτλην εἰς ἀΐδην
κατάγῃ.

Et certe hæc ſilentio præteriiſſemus, niſi oſtendere voluiſſemus, quanta impudentia ſit, homini integer-

integerrimo, & innocentiſſimo id exprobrare, quod ſe finxiſſe ipſi ſibi conſcii ſunt, & in ipſos juſtius dici poſſet. IOSEPHVS Italis iniquus eſt. Id ſcilicet Itali, qui aliquo judicio præditi ſunt, queruntur, aut credunt. Cur Italis potius iniquus, quam aliis? Ecquid cauſſæ eſt, cur Itali hoc ſibi perſuadere velint? Nam quibus Ioſephus dedit ſigna hujus tam injuſti odii adverſus gentem Europæ primariam? Vtrum iniquius, Italos ſine cauſſa odiſſe, aut Italos ſine cauſſa id ſibi perſuadere? Hæc omnia ſunt à Terrigena locorum controverſorum auctore phrenetico, homine væcordiſſimo, imperitiſſimo, & impuriſſimo. qui niſi in lemmate apologiæ ſuæ ſtercoreæ Ioſephum obtrectatorem nominis Italici vocaſſet, neque ullum libri ſui lectorem nactus fuiſſet,



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

neque veſpillonis filius ullam materiam habuiſſet, qua Ioſephum tantæ væcordiæ inſimularet. Sed Terrigena tam magnifice de ſe ſentit, ut putet ſuo nomine omnes Italos comprehendi. Certe hanc injuriam cum populari ſuo Itali expoſtulare debent, non cum Ioſepho, à quo ne minima quidem ſuſpitione ſe perſtrictos eſſe dicere audeant: neque ſanę Ioſephus ſibi ipſi ignoſceret, ſi eo amentiæ progreſſus eſſet, ut literarum & virtutum matri Italiæ obtrectaret. IOSEPHVS impuriſſimus, & omnium religionum contemptor eſt. De impuriſſimi probro provocet ad atheos Burdonum Prometheos, à quibus abſolvetur, quum id ei objici non poſſit, quod illi ſibi unis reſervarunt. De religione, qui pluſquam unam habet, is nullam habet; qui unam habet, is alias

con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

contemnit. Qui Chriſtianus eſt, Mahometiſmi, Paganiſmi, Arrianiſmi, Manichæiſmi, & omnium hæreſeon hoſtis erit. &, quod caput eſt, atheiſmi, quæ eſt multorum hodie religio, atque adeo eorum, qui Burdones comminiſcuntur. Hoc modo Ioſephus omnium religionum, prætérquam unius, ſe contemptorem profitetur. Hæc omnia ſunt ab Amphiteatro. Vt in ſuperioribus iram, ita in ſequentibus riſum continere non potui: MALDONATVM Leonem, Martinum Del rio Antichriſtianum ab illo vocatos (Antichriſtum volebat dicere) Vbi hoc? Proferat Fur veſpillonides ſcriptum Ioſephi, in quo veſtigia ulla hujus extent. Maldonati petulantiam in melioribus, quam ipſe fuit, inſectandis uno verbo caſtigavit. in quo non video quid opus ſit Leonis

 nis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

nis unguibus. Ab altero impudentiſſimis probris amphitheatrica impudentia appetitus (ſi quidem ea ad Ioſephum potius, quam ad eum, pertinent) ſatis habuit, uno verbo, quo dignus erat, eum confutare. Nam quid faciat hic antichriſtianus, & quorſum ejus nominis mentio injicienda fuerit, non video. Sed ζηλοτυπία λυκανθρώπȣ non hac ſtetit. Vindicias pro ſuppoſitio Areopagita petit. quaſi Ioſephus ſolus id ſentiat, & non ſolum Theologus, ſed vel humaniorum literarum aliquo ſenſu quilibet præditus, idem non videat. Quid attinebat de illo Areopagita in Ioſephum potius, quam in alios ſcribere, quibus tam exploratum eſt (& jamdudũ monuerunt) illum Dionyſium non eſſe, qui vulgo putatur, quam Ioſephum non eſſe Burdonem, defenſores Areo-

pagiti-

pagiticos eſſe ſycophantas? Vindiciarum nomen eſt herba parietaria ſtultorum hodie ſcripturientium. Teſtes Vindiciæ pro Lipſio, Vindiciæ pro Ciri Catulliana. Foriæ Scaligeri magna in expectatione ſunt, ut augeant numerum vindiciarum. Quibus foriis excipiendis paratæ jam ſunt latrinæ ſuæ, & ſtabulum tribus capellis. Quid magis illum ſuppoſititium partum prodiderit, quam θεραπευτὴς ἀντὶ τοῦ μοναχοῦ ex delirio Euſebii de Eſſenis? quod Ioſephus primus monuit. Si tot affectata & tam imprudenter & tanta ſecuritate alienorum judiciorum ab eo auctore in illud opus inculcata hoc non teſtarentur, tamen tam ridicula affectatio antiquitatis monachiſmi id vociferaretur. Sed ille ejuſdem ſummi novitii Theologi fœtus de quo jam dixi expe-

ctatur, cui titulum fecit PENICVLVS FORIARVM SCALIGERI. Qui in Hierarchia defendenda tam ridiculum ſeſe oſtendit, quid faciet in foriis? Quid frugis expectandum eſt ab ejuſcemodi cultoribus vineæ Dei, quæ ſterilis ſit, niſi foriis ſtercoretur? Certe qui aliquid boni in ſe habent, quod in utilitatem publicam promere poſſint, ſatis habebunt ubi occupent potius animum ſuum, quam ut aliquid confingant, quo aliorum vitæ aut exiſtimationi labem aſpergant. Hoc nebulonum eſt & Amphitheatricorum, & eorum, qui erubeſcere neſciunt. Sed offa, otium, & ſatietas hoc parit. Saturitas in his, & eſuritio in Veſpillonida operantur eidem rei, hoc eſt mendacio, ne quis miretur duo contraria idem efficere. Et tamen iniquum & injurium dicunt, quum eis reſpon-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ſpondetur. Solis ſibi maledicere licere. quod fatemur. aliis criminationem repellere non licere, hoc ipſis non concedemus. Aut taceant, aut par pari expectent, quanquam indigni reſponſo. Aliud flagitium: IOSEPHVS in ſuis verſibus Senecam imitatur, veſtigiis ejus inſiſtit, verba ejus uſurpat. Hactenus deſierunt mentiri. atque utinam id illi ſæpius objicere poſſint. Nam quid facient Virgilio, qui nihil pene niſi alienum habet, ſed diſpoſitione, & inventione aut fecit ſuum, aut melius? Qui de Hieronymo Vida aliter ſentiet, quam de ſummo, & perfectiſſimo poëta, nugas aget. Tamen ſi ex Chriſtiade, Poëtica, Bombycibus, ludicro Scacchiorum omnia Virgiliana fruſta ſuſtuleris, quod Vidæ proprium relinquetur, aut perexiguum erit, aut nihil: ut paucis complectar,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ctar, omnino corniculam Horatianam hic videbimus. Sed non eſt porcorum de amaricino judicare. Si Ioſepho in verſibus (quos ille noctu experrectus meditari in lecto ſolet) aliquid uſurpatum eſt, quod à veteribus occupatum fuerit, *Quod illi maledictum exiſtimant, Eam laudem is ducit ſibi maximam*, quum id facit, quod Virgilius, & alii ſummi viri fecerunt. Qui tam minuta perſequuntur, à quo tandem abſtinebunt? Expecto, ut illi exprobrent in cunis vagiiſſe, cunas infantem comminxiſſe, pannos ſtercore, ſinum ſuum ſaliva apud nutricem perfudiſſe. Ecquid enim omittent, qui nihil aliud agere poſſunt? Ad hæc Sandapilonides Livernæ ſacerdos producit Scazontes Ioſephi, in quibus patris ſui Veſpillonis præclarum facinus repræſentavit. Nam quemadmodum ille cada-

cadaverum pedes detruncabat, ita filius Scazontes Scaligeri pedibus mutilavit: & præterea peſſima fide eos produxit, quum lectionem in illis mutarit. ---- *ſcandulis tribus dignus.* quis hoc intelligit? Ioſephus agnoſcit ---- *ſcandulis tribus tectus.* item: *Calvariam armat* ---- Bonus poëta dicit ſyllabam falſam in voce *Liticularum.* Ergo in *Siticuloſus, febriculoſus, cuticula,* Aſinus ab aſinis rudere didicit: ut & illa in averſa parte primæ paginæ, *obſecro concede mihi ſervo tuo, ut tollam onus duorum burdonum de terra.* IV. Reg. V. Pueri ſciunt Syrum à propheta hanc veniam petere, ut ſibi liceat tantum terræ Palæſtinæ aſſumere, quantum duo muli ſagmarii ferre poſſint. Ipſe aſinus vel Burdo potius ſagmarius putat hic agi de exterminandis de terra duobus burdonibus. Puerilia hæc: quæ non adduxiſſem,

xiſſem, niſi ſtuporem illorum, qui eum locum illi ſuppeditarunt, oſtendere voluiſſem. Neque minus puerile hoc: PAPISTICOS *nos vocat*. Quis tam ignarus loquendi eſt, ut ſi poëtam aliquem deſignare vellet, poëticum eum vocaret? perinde ac ſi pro ſculptore, ſculptorium dicerem, pro veſpillone veſpillonium, pro fure furtivum. Sic ſupra antichriſtianum, pro antichriſto. Sed omiſſis nugis, ubinam Ioſephus id argumentum tractandum ſibi ſumpſit, in quo de Papiſtis, aut, ut cum aſino rudere diſcam, de Papiſticis, loqui neceſſe eſſet? In quo nam ejus ſcripto Papiſtarum mentio extat? Hoc non magis in ullo ſcriptorum ejus apparet, quam antichriſtianus pro antichriſto. SANSOVINO & Leandro obtrectat. Sane non mutat factum, quanquam vera loqui, id

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

id non eſt obtrectare. Nam Sanſovinus impudentiſſime in gratiam Dominorum ſuorum mentitus eſt, eum, cui Scaligero cognomen primo fuerit, à ſcalis, quas fabricabat, dictum fuiſſe: qua impudentia nulla major excogitari poteſt, quum Saraina ducentis annis ante dominatum Scaligerorum, eam gentē Veronæ floruiſſe dicat: & Baptiſta Pigna è Germania ejus originem repetat. Sed quia ſciebat Scaligerorum genus in ſcalis S. Marci deſiviſſe, ideo putavit, idem genus à Scalis S. Zenonis incepiſſe. Vide quid dicat Peucer in Chronico Carionis: *Scaligeris ortum dediſſe Comites in Bavaria nominis ejuſdem, magno conſenſu traditum eſt. Habet enim Bavaria multas antiquiſſimæ originis familias nobiles, inter quas primas facile obtinet ſtēma Comitum Orteburgenſium.* Paulus Iovius in



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Elogiis: *Inter Scaligeros Veronæ Dominos, qui fuere oriundi è Vindelico, Canis ſuperior bellica virtute clariſſimus.* Hoc Mazzardinis opponimus. Leandro cur iniquior ſit, cauſſæ non eſt. Secutus Nauclerum & Sarainam, dixit in Guilielmo gentem Scaligeram defeciſſe. quod eſt vaniſſimum. Vnde enim poſt everſionem imperii Scaligerorum tot Scaligeri in Auſtria, in Carnia, & alibi? Maximilianus Cæſar reſpondens ad temerariam & procacem orationem Legatorum Venetorum in conventu Memingenſi, anno MDVIII, ita de Venetis loquitur: *Sed ut vetera & abolita temporis diuturnitate poſthabeamus, recentioribus inſiſtere juvabit. Nonne hiſce artibus* SCALIFEROS *à Veronæ imperio deturbarunt? Nonne nequiter & malitioſe Carrariorum ſplendidiſſimum principatum everterunt, Paduanis civibus*

*jugum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*jugum imponendo?* Idem pene Ludovicus Helianus Senator Vercellenſis, orator Ludovici XII in conventu Auguſtano Principum Germanorum, anno MDX; Venetorum tyrannidem & injurias vicinis principibus ab ipſis illatas exponens: *Teſtis eſt imperator Conſtantinopolitanus, multique proceres ejus, & finitimi Itali, Carrarienſes,* SCALENSES. *Mantuani, Ferrarienſes, & Mediolani Duces: quorum alios magnis urbibus, inſulis, ac provinciis, alios dimidia parte, alios omnibus bonis, alios etiam vita multarunt, nullam habentes jure cauſſam, niſi dominandi ambitionem.* Laonicus Chalcondyla homo Græcus lib. IV rerum Turcicarum: de Venetis: *Veronam quoque in ditionem redegerunt, urbem opulentam, expulſa* SCALARIORVM *Principum familia.* Si Scaliferos Scalenſes, aut Scalarios imperio

Veronæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Veronæ deturbarunt, ergo poſt everſionem imperii Veronenſis Scaligeri quidam ſupererãt, quos eo imperio fraudarunt. Et certe Benedictus, quem Bordonium ſcrutarium Scarabei Auſoniani vocant, tunc in aula Cæſaris agebat. De Goropio Becano ſtultiſſima ſunt: neque magis digna quæ refellantur, quam ipſæ origines beccefelenicæ famelicarum animarum pabulum. Aſt illud, quod adjiciemus, omnia portenta amphitheatrica ſuperat. *Pariſienſes illos amicos tuos imitaris, quos Dionyſia agitaſſe, & hircum immolaſſe, fama eſt.* Dionyſia agitare, dicit eſſe hircum immolare. Hujus enim inſimulati ſunt illi, de quibus nunc agitur. Veſpillonis filius, qui nunquam Lutetiæ fuit, in media Suburra habitans Romæ, unde hoc mendacium expiſcari potuit, niſi à quibus reliqua portenta didicit?



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Quos putat Dionyſia agitaſſe, vel hircum immolaſſe, ut illi perſuaſerunt qui verum dicere, etiam ſi velint, non poſſint, ii ſunt, Petrus Ronſardus, M. Anton. Muretus, Ianus Baïfius, Remigius Bellaqueus, Stephanus Iodellus, Nicol. Deniſottus, Ioan. Auratus, alii, omnes poëtæ, præter Patoletum, qui in hiſtoriis conſcribendis ómne ſtudium ſuum collocarat. quos tam falſum eſt adeo execrandum, nefandum, impium facinus feciſſe, quam certum eſt, impune illis futurum non fuiſſe, ſiquidem tam Chriſtianæ pietatis, quam exiſtimationis ſuæ obliti tam deteſtabile ſcelus in ſe admiſiſſent. Si illi docti viri viverẽt, ſur non inultum tuliſſet. Porro tam impudẽtis calumniæ auctor fuit ſacrificulus Gentiliaci vici, in quo illi doctiſſimi viri de cõſtituto cojerant, ut de ſymbolis eſſent.

Totum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Totum drama exponerem, ſi opus eſſet, ut Ioſephus me docuit, qui illud ad unguem tenet. Sed ponamus verum eſſe. quid hæc ad Ioſephum, qui tunc puer Burdigalæ primis rudimentis Latini ſermonis initiabatur? An quia ſexto poſt, ſeptimo, & octavo anno omnes, præter Iodellum, illos vidit, & familiariter novit, ideo ejuſdem criminis poſtulandus erit? Hoc modo oporteret omnes, qui Muretum norunt, Dionyſia agitaſſe, hoc eſt majorem partem eorum, qui hodie Romæ agunt. Quanta invidia Ioſephum premerent, ſi verum crimen haberent, quod illi objicerent, quum aliorum facta, eaque falſa illi exprobrentur? Dionyſia agitare eorum eſt, qui dæmonia conſulunt. Quod ſi quis adeo harum rerum rudis eſt, ut neſciat, aut ſi ſcit, negare audeat, extat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

xtat Lutetiæ Chirographum il-
ius, qui tam familiariter Dæmo-
em alloquitur, ut alio conſilia-
io nunquam uſus eſſe videatur.
ta iſti, qui tot mendacia Furi
ubminiſtrarunt, tanta cæcitate
nentis feruntur, ut non viderint,
ihil horum eſſe, quod in illos
egeri non poſſit. Quod ſi Ioſe-
hus id feciſſet, non opus fuiſſet
indiciis Areopagiticis. Satis hoc
rat ad hominem conficiendum.
t merito. Quid enim in Deum
on audebit, qui dæmonia con-
ulit? Conſulere Dæmonia, eſt
ionyſia agitare, hircum Baccho
nmolare. Sed Mureti mentio
d aliud portentum calumniæ
os vocat, quo fur peculatoris fi-
us Romulorum mendicabulum
egat Muretum cum illo de Be-
edicto Brugnolo ulla verba
ommunicaſſe. Anno MDLXVI
oſephus Roma rediens, relicto
ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ad S. Caſſianum Ludovico Caſtaneo cum ſorore ſua, ſolus ſoli Mureto in montibus Etruriæ obviam factus eſt, quum ille Romam ab illuſtriſs. Cardinali Hippolyto Eſtenſi, Mæcenate & domino ſuo negotii neſcio cujus curandi cauſſa miſſus eſſet, quo confecto ſtatim illi Ferrariam redeundum erat, ubi Cardinalis à Duce Ferrarienſi fratris ſui filio relictus vicem abſentis imperabat. Poſt alia, Muretus à Ioſepho certior factus de ſua ad Venetos profectione nihil prius habuit, de quo eum moneret, quam ut inter alia monumenta, quæ in templis Venetorum conſpiciuntur, magnificum Benedicti Brugnoli Tumulum viſeret. Hic Brugnolus Ioſepho animo exciderat, ut ne quidem, quum Venetiis eſſet, ejus ſepulcrum adire meminerit, neque ejus in mentem ei

rius venerit, quam Mediolani,
bi aliquot dies ſubſtiterat, men-
o de Mureto injecta eſſet. Tum
cordatus ſomnii patris ſui, quod
ejus Heroibus legerat, tam id
iratus eſt, quam negligentiam
am damnavit, qui illud monu-
entum inviſere omiſerit. Quid
c habent, quod Laverna & La-
rnæ conſiliarii reprehendant,
quidem non video. Vnde Ioſe-
us reſcire potuit de hoc Bru-
olo, niſi ab eo, qui illi primus
dicavit? An Muretum menti-
m dicent tam de Brugnolo,
am de Brugnoli monumento?
qui ſciant in æde Minorita-
m, quæ Frari dicitur, illud mo-
mentum eſſe, in quo verba hæc
ciſa legũtur: *Benedictum Brugno-*
*n Veronenſ. virum integerrimum,*
*imum Grammatices, Rhetorices*
*iloſophiæque profeſſorem, literarum*
*arum parentem, utriuſque linguæ*
*peritiſſ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*peritiſs. ac in erudiendis per* XL *amplius annos publico ſtipendio diſcipulis de Rep. Veneta optime meritum Ioannes. Querinus Nicolai, benevolentiæ gratitudiniſque gratia hoc ſarcophago decoravit* MDV. Hujus Grammatici Veronenſis neſcio quod ſcriptum Criticum ante annos quatuor plus minus Germani ediderunt. Duobus igitur teſtimoniis victi per me taceant licet. Sed quis non miretur illud ſomnium Iulii, quum tamen neget ſibi illum hominem notum & audilum fuiſſe? Si verum fuit ſomnium, potuit is docere non ſolum Iulium, ſed etiam *patrem, & patruum, totamque ab origine gentem,* quippe qui XIX annis ante natalem Iulii cæperit docere. Sed à ſomniantibus fides exigenda non eſt. neque ille Iulium literas in agro Veronenſi docere potuit, qui per continuos XL annos Venetiis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

netiis publice docuit. Neque profecto Benedicto Brugnolo convenire poteſt illum Leniaco (*Lignago* vocant) in Noricos accitum fuiſſe ab imperatore Friderico, quum ille Veronenſis fuerit, non Leniacenſis.

*Inquam ſum accitus, Norica terra fuit.*
*Noricus huc à Leniaco me Cæſar adegit;*
*Cui genitor pacis nomina ferre dedit.*

Nam Benedictus de Lignago & ipſe quoque Grammaticus fuit, & publice Patavii Grammaticam, & Rhetoricam docuit. In æde S. Sophiæ illius urbis hoc Epitaphium ejus legitur. Elegantiam ab eo, non magis, quam fidem à ſomnio, exigimus.

BENEDICTI LIGNAGI.

*Grammaticæ doctor, interpres Rhetoricorum,*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*Sermonum prorſus non ignorans logi-*
*corum,*
*Marmore Bendictus tegor hoc ego ſa-*
*lariatus,*
*Bononiæ portu Lignagi natus & or-*
*tus,* &c.

Scardeonius omiſit non per negligentiam, ſed quia de Patavinis tantum ſcribere illi conſilium fuit. Brugnolum vero à ſcriptoribus rerum Veronenſium neque inter doctos recenſitum, neque ab illis memoratum uſpiam fuiſſe, id excuſare non poſſumus. Quæ igitur Iulius ſomnians audire viſus eſt, ea melius huic Leniacenſi, quam illi Veronenſi, conveniunt. Confudit igitur ὀνειροπολῶν Benedictum Brugnolum cum Benedicto Leniacenſi. quod non tam damnandum in ſomniante, quam mirandum, ex illis duobus, quos ignorabat, unum hominem factum, quum cogno-

cognomen Burgnoli huic, hujus autem patriam Brugnolo attribuerit. Quomodocunque ſomnium ſe habeat, certe mirum eſt. Quid igitur hic dicent devoti numini Lavernæ? Illud vero longe vaniſſimum, & ſupra omnia mendacia ſuperiora, Ioſephum peritiam multarum linguarum ſibi arrogare. Quis unquã ab eo hoc audivit? Scipio, inquit, della Scala Lotaringus, qui Slavonice cum Ioſepho loquens ab eo intellectus non fuit. Primum cur Ioſephus ſibi attribueret Slavonicam linguam, cujus ne tria quidem verba diſcere operæ precium ullum eſſe putavit? Nam cui bono? quem fructum ex illa lingua ſperare poteſt? Qui nam libri ea concepti extant, propter quos eam diſcere oporteat? Profecto ille non pluris facit Slavonice ſcire, quam Hungarice, aut Tartarice.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Deinde tantum abeſt, ut Ioſephus hunc Heroem Scipionem Slavonice loquentem audierit, ut neque ille Ioſephum unquam viderit, neque Ioſephus ullum Slavonem ſua lingua, aut alium ea loquentem audierit. Major impudentia fuerit neſcio hujus nebulonis, qui ſe Scipionem Scaligerum mentitur, an Laverrionis, qui ejus mendaciis inſtructus bonis ultro obtrectatum venit. Quæro ex eo Heroe, quando, & ubi Slavonice didicerit? Deinde quomodo ex Adamo Scaglia Scipio della Scala factus ſit? poſtremo quando, & ubi, Ioſephum convenerit. Non mirum eſt ex Scaligeris Burdones fieri, quum Squamæ in Scalas mutentur. Lectorem puto expectare quid velim. Ne diutius ſuſpenſa oratione mea ejus expectationem morer, totam ſcenam aperiam

riam. Non opus eſt Annalibus Sartorum Tarviſinorum, aut intervallo CLX annorum, ut quo longinquius petenda fides fuerit, eo liberior ſit mentiendi facultas. Quod dicam, adhuc in rerum natura eſt, tangitur, videtur, neque in Iapponibus, ſed in celeberrima urbe Baſilea. Nota & pueris hiſtoria, quam veram eſſe ſciunt, neque negabunt etiam vicini Patres Moguncia cenſes, qui in librum ſacerrimum Lavernionis eorum ſimillimi inter excudendum multa emblemata ſanctimoniæ ſuæ inſeruerunt. Eſt igitur quidam homuncio de fæce oppidi Baroducenſis in Lotaringia ex monacho textor limbolarius Antonius Scaglia, aliter Squama, ut ipſemet ſeſe chirographo ſuo deſignat. Is Antonius pridem abjecto cucullo religionis cauſſa patria ſua extorris

Baſileam ſedem fortunarum ſuarum conſtituerat. Ibi limbis, quos manibus ſuis texuerat, uxor ejus linificio & tela, ſe & familiam ſuam alebant. Quicquid temporis ab opificio vacabat, lectioni ſacrarum literarum dabat: in quo ſtudio tantum ſe profeciſſe credidit, ut cum ſummis Theologis Academiæ & Eccleſiæ Baſilienſis ἀντεξετάζεσθαι, & ſeſe parem componere, veritus non ſit, neque eos ſolum diſputationibus ſuis compellare, ſed & ſcriptis publice editis refellere: atque adeo plura & atrociora minabatur, quæ profecto in nervum erumpere videbantur, niſi libelli ejus ſententia Theologorum Baſilienſium damnati, ipſe autem decreto Decurionum exterrefactus ſub urbe cũ ſummo flagitio ſeſe ſubduxiſſet. Ex quo tempore Germaniam, Galliam, Angliam exũl, ex-
pes,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

pes, rerum omnium egenus pervagatus, lucello omni, quod ex limbolaria textrina quæſiverat, abſumpto, tandem in vicum Baſileæ proximum Alſchwiler/ qui ſub Epiſcopi Baſilienſis ditione eſt, horæ itinere Baſilea diſtans, ſeſe recepit, ubi nunc ſenio confectus, veterem quæſtum repetere coactus, eo ſe ſuſtentat, ſpiritum precarium vix æger trahens. quanquam aliquando excurrit, omnium religionum, & ſectarum, quæ hodie inter homines vigent, cultum amplectens, prout eæ locum habent ibi, ubi ille verſari ſolet, nuſquam ſtabile ſtabulum habens, emanſor perpetuus, & erro. Ex Mailleta municipe ſua muliere lintearia ſex, aut ſeptem liberos ſuſcepit, in quibus Matthæus relicto inſtitorio paterno, quod aliquandiu Baſileæ exercuerat,

conditionem in Lotaringia quæſivit, & paulo ante, quam hæc ſcriberem, Lutetiæ agebat, litis cujuſdam perſequendæ cauſſa. Nicolaus Scaglia frater ejus abdicata patris religione hodie Romæ vivit in familia Cardinalis de Givri. Frater alius Adam Scaglia, quod nomen ex baptiſmo habuit, neque alio appellatus fuit, etiam, quum illuſtriſſimo Dynaſtæ de Rohan ſerviret, religione, in qua altus, educatus, inſtitutus fuerat, ejerata, nomine autem Adami, quod è baptiſmo retulerat, diſſimulato, pro Adamo Scipio, pro *Scaglia*, *Scala*, & *della Scala* vocari voluit. Quid ſit SCAGLIA, aut *Squaglia*, tam Italis, quam Gallis, notum eſt. Id Latine eſt *Squama.* Pater ejus in chirographis & ſyngraphis negotiatoriis Scagliam Gallice ſe vocat: Latine *Squamam*, & *à Scama.* quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

quod & heri vidimus in quadam ejus phrenetica epiſtola ad inclitum & ſereniſſimum Regem magnæ Britanniæ Iacobum. Ibi manu ejus ſubſcriptum fuerat. *Addictiſſimus Antonius à Squama Baroducæus Regis Regum cauſſam agens contra Fatum Calvinianum.* Ex quibus & quis ſit, ſciri poteſt, & quid ei nominis, & quantæ ſapientiæ, Regis Regum, hoc eſt Domini Ieſu Chriſti, negotiorum geſtor, ſi illi credimus, fanaticæ religionis μυσταγωγός. Is eſt pater hujus maximi Herois Scipionis della Scala, Lavernionis veſpillonidæ intimi, qui Ioſephum, quem nunquam vidit, ſermone Slavonico, quem nunquam didicit, provocare auſus eſt, & in genus Scaligerorum non ſolum ſeſe, ſed etiam mendicabula mulierum Baroducenſium inſerere, Maillettam, Gaulmam, Belraim, mu-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

lierculas haud multo nobiliores Veronica ſartoris Tarviſini Paridis filia, ſiquidem illa unquam fuit. neque hoc contentus, tantæ impudentiæ fuit, ut quum ſe omnibus Scaligerum probare cuperet, ab Epiſcopo Tullenſi tam manifeſtæ falſitatis teſtimonium eblanditus ſit, & omnem hujus mendacii infamiam in eum derivaverit, quam niſi ipſe Epiſcopus ulciſcatur, is aut mendacio favere videbitur, aut parum curare quid de ſe homines probi ſentiant. Novi patrem de facie. Vidi filium anno ſuperiori Romæ, ubi apud Cardinalem de Givri animos ſumit à confidentia, qua duorum antiſtitum dignitati illuſit, Epiſcopi Tullenſis, & Cardinalis de Givri Domini ſui, cujus etiam commendatione factus eſt eques Sepulchri Ieroſolymitani: arctiſſimo amicitiæ vinculo, & mendaciorum

daciorum commercio cum Lavernione veſpillonida conjunctiſſimus, ambo nihil tam ſerio tractantes, quam ut is ſe Scaligerorum genti inſerat, alter Iulium & Ioſephum ex ea gente expungat. Neque mirum eſt eum tam cito Scaligerum evaſiſſe, qui puncto temporis Slavonice loqui didicerit. Sed cur de Ioſepho tam præfracte mentiri auſus eſt? an quia indignus eſt heroico Squamarum genere? Atqui cogitare debebat ſe limbularii filium, Ioſephum autem Paridis Sartoris Tarviſini pronepotem: & pulchre convenire ſartoribus cum limbulariis. Nam limborum nullus uſus eſt, niſi veſtibus à ſartoribus aſſuantur. Tam bene hæc duo genera hominum inter ſe congruunt, quam fures & veſpillones inter ſe convenire ſupra ex Iuriſconſulto oſtendimus.

turpes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

turpes item perſonas, & veſpillones, ut alius Iuriſconſultus auctor eſt, l. LXXII, §. 4. D. De ſolution. *Num ergo & ſi viſpellionem, aut alias turpem hominem dederit, idem ſit.* En veſpillo idem, qui turpis homo. Hujus igitur illuſtriſſimi poëtæ, quem Scipionem mortales vocant, Superi autem Adamum, Romuli Scalam, limbularii Squamam, pater Antonius Squama, Pontifex phrenetici dogmatis, mater Mailletta ſuperant, & veſcuntur aura ætherea: atque adeo Mailletta, quæ Baſileæ lintеariam facit, crebro in Alſchwiler/ ſe confert, viri viſendi cauſſa, qui Baſileam ingredi metu magiſtratus non audet. de quibus vera, an falſa retulerim, ſi quis ſcire cupit, ei non Tarviſium adeundum eſt, aut Scalæ Pantaleonum, ſed Baſilea. Ibi ſunt incunabula gentis Scaligeræ Epiſcopi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

epiſcopi Tullenſis teſtimonio, & Cardinalis Givrii liberalitate & hoſpitalitate quotidie confirmata, Lavernionis Veſpillonarii buccis intonata. Tam igitur iſte imbolarius Squama de Ioſepho à ſe convento mentitur, quam falſo ejus corculum Lavernio id credidit, aut alios credituros putavit. Pendet ab hoc mendacio hoc, quod apponã, ſed deteſtabilius, ut quod omnes impuritates tranſiverit. Melius fecero, ſi verba ſacerrimi Lavernionis poſuero: *Et cum Batavis perſuaſeris, nullum hodie Arabem te Arabiorem eſſe, nec brevem epiſtolam ſine pluribus ſolœciſmis ac barbariſmis concinnare potes,* (volebat dicere *poßis*) *ut quidam Arabicæ apud nos linguæ interpres, quem tu literis appellaſti, amico meo Chriſtophoro Phlug viro nobilißimo affirmavit, cum tuas ei literas tranſle-it.* Hactenus Furcifer Lavernio,

pecula-

peculatoris filius. Iſti interpreti Arabiſmi, quiſquis eſt, ut per omnia ſimilis ſit Scipioni ſtramentitio, nihil deeſt, niſi ut & ipſe inſerat ſe Scaligerorum generi. In reliquis enim non ſolum eadem utriuſque impudentia, ſed etiam geminum mendacium eſt. Nam quemadmodum limbolarius Adam Squama Sepulchri Ieroſolymitani eques, impudentiſſime mentitus eſt ſe conveniſſe Ioſephum, quem nunquam vidit, & eum Slavonice compellaſſe: ita iſte ἀραβιστὴς non minore confidentia auſus eſt fingere ſe à Ioſepho epiſtolam Arabicam accepiſſe, quum Ioſephus nullam unquam epiſtolam Arabicam ne breviſſimam quidem ſcripſerit, neque magis quis ſit iſte ſtramineus interpres Arabiſmi illi conſtet, quam uter ſit impudentior, ille, aut Adamus Sca-

glia

glia limbolarii propago. Scele-ſtiſſimum enim utrunque eſſe oportet, qui vivente Ioſepho de eo tam confidenter mentiri audeant. Vt Ioſephus ullum Arabiſten epiſtolio Arabico compellarit? Et Arabiſtes, & Laverniorum quantum eſt mentiuntur. *Ioſephus Arabiſmi ſe peritum aliis perſuaſit.* Ioſephus multos libros Arabicos perlegit, ex quorum lectione ingentem theſaurum ejus linguæ congeſſit. Aliquot typis excuſos, qui quidem pauciſſimi ſunt, ſed longe plures calamo exaratos, quos penes ſe habet, aliquot etiam manu ſua deſcriptos. Muhammedanorum Regum, qui rerum in India ad Orientem potiuntur, literas ad illuſtriſſimum & invictiſſimum Dominum Mauritium Naſſavvium, aut ad illuſtriſſimos harum Provinciarum ordines Arabico

ſermo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ſermone conſcriptas Ioſephus interpretatus eſt Latine, aut Gallice: & reſponſa ad eaſdem literas Arabice ex præſcripto illuſtriſs. Ordinum concepit: ad quas eorundem Regum reſponſa acceperunt. Idem de literis Regis Maroci teſtari poſſum ego, qui vidi. Quin etiam longiſſima Diplomata, quibus Dominus Mauritius & illuſtriſs. Ordines amicitiam & commercium cum illis Regulis Indienſibus invicē contrahunt, Ioſephus ita, ut Belgice, aut Gallice, aut Luſitanice concepta fuerāt, Arabice reddidit, & manu ſua deſcripſit litera longe meliore, ac luculentiore, quam ipſorum Indienſium Muhammedanorum eſſe ſolet. Teſtes appello mille Batavorum ac Belgarum, & amplius. Si hominibus non credunt, at ſaltem ipſis Diplomatis, quæ in manibus noſtrorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ſtrorum negotiatorum Indiæ ſunt, fidem habeant. Amſtelrodami aſſervantur. Tamen qui hæc præſtiterit, tantum abeſt, ut aliquam mediocrem peritiam Arabiſmi ſe conſecutum glorietur, ut adhuc in illo ſtudio tironem profiteatur: & eos ridere ſoleat, qui ex lectione duarum epiſtolarum Pauli Apoſtoli, aut ex Pſalterio mendoſiſſimo Auguſtini Iuſtiniani Epiſcopi Nebienſis tantum Arabiſmi ſeſe conſecutos putant, ut ne ipſis quidem Arabibus cedant. Nihil fingimus. Vivunt adhuc Marrucini, & bubulci, ſtultiſſimi homines ea perſuaſione ſiderati. Non ſoli Arabiſmo, ſed & omni linguæ, quæ non niſi ex libris doceri poteſt, ad perfectionem ediſcendæ opus eſt ampla ſupellectile librorum, longo temporis uſu, labore inexhauſto. Ad loquendum autem opera

omnis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

omnis luditur, niſi adhibueris hominem ejus idiomatis peritiſſimum, qui expeditiſſime loquatur, & quem prius audiendo intelligere, intelligendo imitari Poſſis. Ea omnia deſunt Ioſepho. ac propterea tam ſibi hæc dolet deeſſe, quam fruſtra alii ſibi ſupereſſe gloriantur. De Hebraiſmo idem dico. Sine Iudæo præceptore nunquam eo pervenies, ut aut cum eis loquendo non illis ludibrio ſis, aut ſcripta eorum legendo multas ſalebras non incurras, quæ curſum tuum morentur. Quotus quiſque tamen eorum, qui contextum ſacrorum Bibliorum vix primoribus labris delibarunt, non ſibi videatur ſeſe pleno ore proluiſſe? ut nemo ſit tanta patientia, qui horum hominum ἀλαζονείαν ferre poſſit, præſertim quum ab illis audit Iudæos Hebraiſmi imperitos



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

peritos eſſe. quod perinde eſt, ac ſi Iudæus diceret doctiſſimos Europæ Latine neſcire. Poſſet etiam Ioſephus de Perſica lingua gloriari, qui etiam Gloſſarium ejus linguæ concinnavit, & multa in illa obſervavit, quæ in commentarios retulit. Sed ex tam inglorio ſtudio, atque jejuna opera aliquem triumphum ſperare, anguſti eſt animi. Ex his lector ab omni inhumano livore liber judicare poteſt, quam verum ſit, Ioſephum ſibi Arabiſmi peritiam arrogare, & quid de illo Arabiſta ſtatuendum ſit, qui ipſius modeſtiæ illudere veritus non ſit, eo adhuc in vivis agente. Ecquid non auſurus eſſet mortuo? Ad aliud putidiſſimum mendacium venio. IVLIVS à nullo Epiſcopo Aginnenſi gentili Ruverorum deduci potuit in Aquitaniam, ſiquidem Epiſcopus Aginnenſis

Leonar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Leonardus à Rouvere, teſte Onufrio, obiit anno MDXX, Iulius autem Alpes tranſivit anno MDXXVI. Certe τὸ ἐπιχείρημα bene proceſſerat Lavernioni, ſi poſt annum MDXX nullus fuiſſet Epiſcopus Aginnenſis ex gente Ruverorum. Nam iſte Leonardus tam notus eſt Aginnenſibus, ac is, qui nunquam in hominibus fuit. Et tamen fuit: quandoquidem ejus meminit Pierius Valerianus in Epiſtola ad Petrum Criſpum de honorib. Cardinali Gurcenſi habitis: qui ei dicitur. *L. Aginnenſis, ſummi Pontificis conſanguineus, & pœnitentiarius major.* Quare ergo Onufrius non etiam eum poſuit, qui Iulium in Aquitaniam deduxit? Is autem erat non Leonardus, ut fur mentitur, ſed Marcus Antonius della Ruvere, homo antiquis moribus, ſimpliciſſimus, cui vel puer impoſuiſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

poſuiſſet. atque adeo ejus quædam dicta & facta ab Aginnenſibus memorabantur, quæ hominis ſimplicitatem teſtarentur. neque Latine ſciebat, neque alio idiomate Italico, præterquam Taurinorum Ligurum, unquam uſus eſt. nullum enim aliud didicerat. Is XIII circiter annos Epiſcopatum Aginnenſem obtinuit, ſex abſens, totidem in ipſis Nitiobrigibus. Eodem anno, quo in patriam profectus eſt, ibi obiit, qui erat Chriſti MDXXXIII. Anno autem MDXXX, Stephanus ejus major domus Silvium liberorum Iulii Cæſaris Scaligeri primum natu de baptiſmo ſuſcepit, & biennio integro poſtea cum hero ſuo Aginni moratus una cum eo in Ligures rediit. Itaque Lavernioni per hoc mendacium eſurire liceto. Vides, Lector, ſuſpendibuli τυμβωρύχου

filii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

filii impudentiam. qui & hoc futile, quod ſequitur, de ſuo addit. Nemo enim, puto, illi ad hoc præivit: Conſtantiam Rangoniam liberalitate ſua Iulii egeſtatem ſublevaſſe. Vt illa Iulium nummulo plumbeo graviorem fecerit, quæ convaſato, quicquid de reditibus Epiſcopatus convertere potuit, onuſta ſpoliis exhauſtæ eccleſiæ Patavium ſeſe contulit, relicto grandi ære alieno filiis ſuis, Iano, Octaviano, Cæſari Fregoſis? quorum maximus natu Ianus vir probiſſimus, & populo acceptiſſimus Epiſcopatum tenuit poſt Hectoris fratris mortem, ac maternæ erga ſe caritatis hunc fructum percepit, ut nullus ei dies illuxerit ſine ære alieno. quæ in filios omnis humanitatis, ne dicam affectus materni, oblita eſſet, ecqua liberalitas erga hominem externum ab ea expectanda

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ſtanda fuiſſet? Et illa levaſſet Iulii
geſtatem? Melius ſane ei fuiſſet
n culinis Romulorum patinas
ingere, quam ſub tam lentis ma-
illis edere. Quod ſi nulla fides
oſepho, à quo, & cætera didici-
nus, at ipſi Iulio ſaltem ſit, cujus
eſtimonium de grato & liberali
ujus feminæ animo legi in Api-
ulis nuper:

*---Libertatem cum ſorte pudenda,*
*Cumque jocis lepidis chartas commuto ſeveras,*
*tque novum numen mendaci carmine fingo.*
*Cujus rei precium (merita hoc mendacia vatum)*
*œna fuit. tetrum atque ingratum fæmina monſtrum*
*ſtendit quicquam mihi nil debere. nec iſtud*
*mmerito, quoniam de illa quæ falſa canebam*
*Nil ſpectant ad eam ---*

Et

Et in Farragine hodie hæc mihi legenti occurrerunt. Thaumantia loquitur:

*Haud mirum, ſi ingrata frui. Nam perditus, inquit,*
*Hoc merito mendax plectitur ipſe ſuo.*

Futilius eſt hoc, quod, quanvis non opus erat, dicam tamen in tranſcurſu. Ioſephum xxx annos in domo Ludovici Rupipozei egiſſe, qui in tribus intervallis longe alio ab alio inter ſe diſtantibus vix dimidium illius temporis apud eum expleverit. Et ponamus Lavernionem hic oblitum ſui fuiſſe, hoc eſt non mentitum fuiſſe. quid hoc ad Burdones? Ecquod flagitium illud eſt, manere in domo, in quam ter à domino vocatus fuit, qui eum ſemper fratris loco habuerit? quod & vidua, & liberi ejus teſtari poſſunt, quos impudentiſſimi mendacii ſui te-

ſtes

ſtes producit? Sed hæc futilia ſunt, & ſane non adduxiſſem, niſi voluiſſem oſtendere, nihil inexpertum reliquiſſe Lavernionem, quod putarit ſceleſto propoſito ſuo favere, ut ei malediceret, à quo nunquam provocatus fuit. quo facto tanta amentia ejus fuit, ut ſe ſtatim Epiſcopum fore, & poſtquam virtutibus ſuis, domeſticis furtis, maledictis, confidentia, audacia, impudentia aliquod nomen ſibi quæſiviſſet, iiſdem ad Epiſcopatum ſe perventurum putaverit. Quod nunc dicam, omnino confutandum eſt, neque committendum, ut putidam calumniam à Mureti manibus non depellamus, quem ſceleſtiſſimus Lavernio figmenti Burdonici teſtem, fautorem, præconem adducit. Vivit caſtiſſima, generoſiſſima, præſtantiſſima femina Claudia Podia Ludovici Rupi-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

pozæi vidua, quæ Romæ Muretum quotidie, quoties mentio Ioſephi incidiſſet, de Iulii patris ejus genere, nobilitate, ingenii præſtantia, lectiſſimis moribus, regio & auguſto ore, probitate, doctrina, magnanimitate, ſplendore in tenui re, toties tamq; magnifice prædicantem libentiſſime audiebat, ut Aginnenſes ea omnia potuiſſent agnoſcere, &, ſi aliter animatus fuiſſet, & ſequius de Iulio ſenſiſſet, ipſum palam confutare; atque eum ingrati poſtulare, qui à Iulio filius ſemper vocatus, & ab eo non ſemel hoſpitio exceptus fuerit. Si femina omni exceptione major, quæ adhuc in vivis eſt, ſatis non videtur eſſe tanto mẽdacii monſtro conficiendo, age producamus alium teſtem, & quidem ipſum adhuc viventem, virum probitate, & eruditione inſignem, candore Ger-

Germanum, ſtilo Romanum, Iohannem Caſelium, ſenem venerabilem, hominem LXXVI annorum, de quo nihil tam magnificum prædicavero, quod ejus ſummæ virtutes non ſuperent. Is in quadam ſua ad Ioſephum Epiſtola Mureti judicium de Iulio Cæſare adeo clare propoſuit, ut Lavernioni nihil reliquum ſit, quam ut de ſuſpendio cogitet. Totam vero Epiſtolam infra ſubjeci.

*Illuſtris clariſſimeque domine Scaliger: Miſit ad me Voverius Hamburgo ſimul binas tuas literas. recentiores erant longiores: breviores alteræ, quas pridem ſcriptas chartis erueras. Fuerunt hæ mihi jucundæ, teſtes tuæ in me ſingularis benevolentiæ: gratiores noviſſimæ, quod nos de multis docebant. Hoc enim tibi faciendum putaſti, cum ſcripſiſſem me & ab aliis amicis & à Caſaubono certiorem factum*

*de novo genere hominum petulanter graſſante in optimi optimeque meriti cujuſque exiſtimationem, in quibus ulciſcendis laceßiti etiam modum ſervant, niſi forte ut væcordes allatrantes Canes ſilentio prætereundos cenſuerint, partæ perpetuis laboribus, & magnis meritis non auctoritatis ſolum, ſed etiam dignitatis ratione habita. Nec injuria me leniter reprehendis, qui metuerim, ne talium contumeliis conturbarere: quas recte in animum tuum non admittis, & earum auctores non flocci faciendos judicas. Noveris ipſe quæ quomodo refutanda ſint, etſi non ſolum illæ calumniæ in bonorum animis non hærent, ſed boni ipſi, & tales homines deteſtantur, & honorem veſtrum ſeduli vindicant. Quam vellem autem, quæ Muretus de Scaligerorum gente conſignavit, aut publice extarent, aut repoſci aliunde poſſent. Iulii Cæſaris ſcio fuiſſe obſervantiſſimum, & eam erga optime meritum*

*ritum*

*ritum obſervantiam teſtatum publice. Narravi familiaribus, ut idem te Romæ juvenem acceperit, & redeuntem ad tuos ultra Senas in Sancaſsianum deduxerit. Ipſemet enim id mihi in via ad oppidum obviam eo die factus narravit. Noverat enim me, à me aliquoties in urbe ſalutatus. P. enim Victorius in fundos ſuos nos una ruſticatum eduxerat, ac lubentes in eos montes conceſſeramus, valetudinis & animi gratia, & pro loco & tempore habebamus in manibus & ſermonibus cum alia, tum multa de re ruſtica. Hoc obiter injeci, ut te juvenem à Germanis illis tum viſum agnoſceres, quando jam quibuſdam monumentis inclareſceres. Interea conſenuimus. tua merita immortalia extant in remp. quibus etiam omnes bonos & doctos viros arctiſsime tibi devinxiſti. Hanc quoque mihi veniam dabis, quod reſcribo multo lentius. non fuit interea cui darem, certus aliquis. Oblatæ enim occaſioni*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*credere nihil volui, falſus aliquoties. hic juvenis ſe iſtuc recta proficiſci ait. neque nihil de me quærentem doceat. Helmeſtadii, ex Ac. Iul. Id. Quinct.* CIↃ.IↃC.VII.

*Ampliſs. dignitatis tuæ obſmus.*

Ιω. κασήλιος.

Quod ſi hæc Epiſtola non ſatis eſt ad eludendum ſceleſtiſſimum Furis de Mureto mendacium, en aliam adferam ejuſdem venerabilis Senis ſpectatæ pietatis, doctrinæ, & eloquentiæ, quam hodie Ioſephus accepit, & nobiſcum communicavit. quam & totam apponam —— *rumpantur ut ilia Furi*, niſi prius de reſte cogitaverit.

*Illuſtriſs. Dn. Ioſephe Scaliger. Alter jam annus eſt, niſi duo ipſi ſunt, quando* εἰς κακηγόρους *ſtomacha-*

*bundus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*bundus ad te ſcripſi. quæ literæ quum tibi commode redderentur, ut legerentur ſimul à pluribus familiaribus tuis, reſcripſiſti non ſolum amice, ſed uberrime de ipſo negotio. Tuas autem legimus hic* Φιλοσκαλάνοι *multi & cupide. Vtinam quæ annotaverat Muretus, præter malevolorum expectationem alicunde prodeant. Neque enim dubito, quin & Romæ, & paßim in Italia ſint ſtudioſi veſtri nominis. Ipſe vero quid hac ætate cum tam deteſtabili genere hominum in arenam deſcendas, quos ſapiens juvenis etiam deſpiceret? Neque tamen nemo vindicabit honorem tuum, imo veſtrum. Quem enim bonorum non adoriuntur mali? Ex eo tempore unas alteraſve ad te dedi, ſed obviis hominibus haud ſcio quam certis: quorum unus, quum veniſſet à Rittershuſio, & iſthuc ſe ire diceret, quumque ab aliquot menſibus huc reverteretur, recte ſe meas tibi reddidiſſe dixit. In iis, ni fallor, ſcripſe-*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*ram, ut te in via Romana vidiſſem aliquando ad oppidum Sancaſsianenſe. Tum enim nonnulla abs te elaborata legeramus. A tot annis ingenio, & labore tuo profuiſti bonis, & nominis tui famam auxiſti, neque eam ulla delebit oblivio. Abominandum genus hominum, qui maledicentia nobilitari volunt. Verum quoquo te terrarum verteris, nuſpiam erit ab his tuta virtus. Vt hic vivatur à multis jam annis, vos quoque iſthic comperiſtis, & audies, ſi voles, quendam meorum familiarium. Veniet enim hoc vere unus è doctiſsimis noſtris familiaribus ad te à Caſaubono, Henningus Arniſæus, uti ad me Lutetia ſcripſit, trajecturus tum in Britanniam, inde in Belgium. Velim ei oſtendas, quod probaſti multis, te mihi amicum. Hæc autem erat occaſio ad has literas, & hoc earum potiſsimum argumentum. Vale. Helm. Ex Ac. Iul. Non. April.* CIↃ.IↃ.CIIX.

I. κασήλιος

Videat

Videat igitur publica omnium virtutum Furia, quantum argumentorum ex hujus ornatiſſimi viri verbis depromi poſſet, ad ſuperius mendacium evertendum, ſi tanti eſſet, ut non ſolum viri illuſtres, ſed etiam quilibet de plebe, ſi quidem à mendacio alienus ſit, reſponſo aliquo illud ſcelus dignarentur. Nos hoc teſtimonium clariſſimi ſenis Germani in medium protulimus, non utique, ut mendacem confutaremus. quæ enim gloria à nebulonis infamia ſperanda eſt? ſed ut mendacium lectori oſtenderemus. De mendacio enim, non de mendaci, triumphare honeſtos decet. Cæterum quod optimo ſeni Muretus de Sancaſſiano, & de Ioſepho à ſe deducto narravit, memoria ſua feliciſſima in eo ipſum decepit. quod non magni refert. res ita ſeſe habet, ut ſupra à



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

nobis expoſita eſt. Sed quis me-
lius confutaverit Lavernionis ca-
lumniam, quam Muretus ipſe,
cujus quod judicium de Iulio
fuerit, epigrammata, quæ ſubjeci,
teſtantur, quæ profecto divina
ſunt.

*Scaliger Aoniæ decus immortale co-*
*hortis,*
*Qui, quæ alios ornant ſingula, ſolus*
*habes:*
*Altera Veronæ, ſed major fama priori:*
*Cui Clari munus ceßit utrunque Dei.*
*Cui tot ſe debent animarum millia.*
*per quem*
*Sæpius eſt Stygii cymba quieta ſenis:*
*Quod tantum auguſta de majeſtate re-*
*miſti,*
*Vt placido verſus videris ore meos:*
*Præmia quæ tandem tibi digna repo-*
*nere poßim?*
*Devoveam ſi me, vix ſatis eſſe putem.*
*Tunc meos verſus voce ut laudaveris*
*illa,*

*Quam*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*Quam ſtupet, & qua nil grandius orbis habet?*
*Præmia quænam igitur reddam tibi digna? ſed erro.*
*Præmia non debent reddier ulla Deis.*
*Anne tuas igitur deſcribam carmine laudes?*
*(Laudari humana Numina voce volunt.)*
*Deficient humeri tanto ſub pondere: nec jam*
*Tuta erit in tanto noſtra carina mari.*
*Quid nam igitur? taceo ſatis hunc dixiſſe putandum eſt,*
*Se quicunque ſatis dicere poſſe negat.*

∴ ∴ ∴

*Dic Dea, quod poßim ſcripturus fingere nomen,*
*Scaligeri quod par laudibus eſſe queat?*
*Cur petis, imprudens, quod habes? dic, Scaliger. illud*
*Omnia virtutum nomina nomen habet.*

∴ ∴ ∴

*Dicite*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*Dicite mi, Muſæ, cultiſsima nomina nobis,*
*Quonam Scaligeri paſcitis ora cibo?*
*Sic ego. Sic Muſæ: Quam te ſententia fallit?*
*Nectare quo potius nos alat ipſe, roga.*

Et Veſpillonis filius Muretum ſycophantiæ adverſus Iulium Scaligerum audebit teſtem producere? O inſignem Lavernionis impudentiam. Quæ vero de Scaligerorum gente Muretus Caſelio ſe conſignaſſe affirmavit, ea putamus periiſſe, aut à malevolis adhuc in tenebris premi. Ioſephus ſcit eum multa Iulii dicta memoratu digna ſolitum amicis Lutetiæ, & Romæ narrare. Quorum quædam Ioſephus in ſchediis habet, quæ ponemus ad calcem libri. Quum tam effuſa protervitate de Mureto mentitus ſit, ne miremur, ſi erga alios religioſior non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

non fuerit, Paulum Manutium, Obertum Giſanium, Scipionem Gentilem, viros clariſſimos, optime de literis meritos: ex quibus duo priores vixerunt, Scipio adhuc vivit. Priores Furiam non inultum de mendacio ſinerent, ſi adhuc viverent. Ioſephus communicata cum Paulo Manutio profectione ſua Venetica tribus verbis ab homine amiciſſimo monitus fuit, ut, quum illuc veniſſet, ſalutis ſuæ potius, quam generis rationem haberet. in qubus ſatis oſtendit, quid de genere Ioſephi ſentiret potius, quam quid palam profiteri auſus non eſſet in patria. Obertus vero Giſanius non ſolum ad Ioſephum crebras literas dedit, & ab eo viciſſim accepit, ſed etiam anno paulominus ante obitum ſuum longiſſimas ab eodem habuit ſuper aliquot locis Lucretii, de quibus Ioſephum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ſephum conſuluerat. Quomodo igitur Ioſepho obtrectaſſet, ad quem toties literas dedit, à quo toties accepit? Melius feciſſet, ſi apud ipſum furem de ſuo Symmacho, quem ei ille ſurripuit, expoſtulaſſet, quum toties apud amicos infelicitatem ſuam deploraret, quod non animadverterit ſe furem domi aluiſſe, & familiarem Harpyam in Muſeum ſuum quotidie admiſiſſe. Sed quid attinet ab eo, qui in vivis eſſe deſiit, teſtimonia petere adverſus Furem, quum ipſum adverſus ſe teſtem producere poſſimus? In priore profectione mea Germanica, Roſtochii quum eſſem, interfui lectioni Ignatii Hannielis juris utriuſque conſulti, viri hiſtoriæ & Chronologicarum inveſtigationum peritia nemini ſecundi. Is Chronologiam tunc juſſu Principis ſui publice exponebat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

nebat. Series eum deduxerat eo, ubi agendum eſſet de anno primo Cyri, cujus mentio eſt in ſcriptura. Verba ejus ſuper ea re adeo mihi placuerunt, ut ne ſyllabam quidem eorum mihi excidiſſe putem. Omnia enim ſedulo excipiebam. *Quid igitur*, inquiebat, *hic agemus? Vndenam primum imperii Cyri Babylonici ordiemur? In hac difficultate, quum nihil nobis occurrat melius, ſine omni hæſitatione id ſequimur, quod incomparabilis ille Scaliger, quo, teſte Giſanio V. Cl. & iuriſconſultiſſimo, hodie Europa doctiorem non habet.* Nimirum *primum Cyri, cujus ſcriptura meminit, & quem Babylonici imperii Eſdra* V, 13 *diſerte appellat, inde ordiendum, ubi ſeptuageſimus captivitatis cum in Olympiadibus aliiſque æris, tum in annis imperii Perſici recte riteque ex veterum ſententia poſitis deſinit.* Hic doctiſſimus vir ſubſiſtens, ad auditores



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ditores converſus, *Ne, inquit, ignoretis. cur de Giſanio mentionem injecerim, cauſſam exponam. Eramus Ingolſtadii in convivio apud nobiliß. juvenem Dn. Ioh. Bredovium equitem Marchicum, ubi contentione de præſtantibus reformatæ religionis viris exorta, quum Academiæ tum pro tempore rector homo Lojolitici inſtituti omnem ſolidæ eruditionis laudem hominibus Pontificiæ Eccleſiæ vindicaret, ejuſque ſectatores celebriores omnibus aliis ſupercilio Lojolitico, & arrogantia pædagogica præferret: iratus Giſanius, Eccleſia Eccleſia, inquit. Tu ſemper de Eccleſia. Europa hodie non habet doctiorem Scaligero. Aderant tunc præter Giſanium, & Rectorem illum, Andreas Facchinæus Iuriſconſultus, Philippus Mencelius medicus, Ioh. Bredovius, Gaſper Schoppius, ego. Quibus omnibus ſilentium tenentibus, & Giſanio tacite aſſentientibus, os iſti Ieſuitæ ita obſtru-*

ctum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*tum fuit, ut ne verbulum quidem de-*
*nceps facere auſus fuerit, Bredovio &*
*choppio ſtolidum tum hominis judi-*
*ium effuſe ridentibus. Schoppius præ-*
*ipue illa Giſanii verba mihi ſæpe ri-*
*ibundus repetebat.* Hactenus ver-
ba illius doctiſſimi viri, quæ ipſe
gnoſcet ſua, neque nos quic-
quam confinxiſſe, aut in illis im-
nutaſſe teſtabitur, ſiquis de illis
lubitare velit. Hic vero impu-
lentia cum imprudentia certant.
lterum, quod adverſus Scalige-
um producit eum, qui tam ma-
nifice de Scaligero ſenſerit, &
rædicarit. alterum quod ipſe ne-
are id audeat, cujus ipſe teſtis
ſt. Nam dicere à Giſanio Ioſe-
hi ſcripta contempta fuiſſe, hoc
egare eſt Ioſephum talem eſſe,
ualem ipſe coram tot homini-
us, atque adeo coram Fure ſuo
omeſtico, prædicaverit. Sed im-
rudentia terminos ſuos egredi-
tur;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

tur, impudentia nullos habet. Lectori hinc tam modeſtiam, quam captum Lavernionis æſtimare licet. Et profecto nimis immoramur confutandis ſceleſtiſſimi & impuriſſimi mendicabuli mendaciis. Lavernioni de mortuis hæc fingere tuto licet. de Scipione vero, qui & in vivis eſt, & in luce hominum quotidie verſatur, quomodo tam præfracte mentiri auſus ſit, mirarentur fortaſſe, quibus nebulonis impudentia nota non eſſet. Igitur de eo, quod auſus ſit ſcribere, id quominus credamus, facit primum, quod nulli furi fides habetur, præſertim quũ iſte de tot ſummis viris, qui adhuc vivunt, toties mentiri reveritus non ſit. Deinde monet probitas, & modeſtia ipſius Scipionis. poſtremo amicitia ab eo cum Ioſepho inſtituta in ipſius Ioſephi ædibus coram nobi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ıobiliſſimo Paulo Buzenvallio
Chriſtianiſſimi Regis in his Pro-
vinciis legato, quando uterque
b eo ibidem prandio excipere-
ur. Rurſus illud non minoris va-
ıitatis, Ioſephum Onufrio Pa-
ıuinio notum non fuiſſe. Por-
entum ſane inuſitatum, noſſe
ıominem Romæ, qui Romæ e-
at, & eum, qui Pont. Max. quo-
idie videret, privatum mona-
hum, & præterea nihil aliud
uam monachum, videre, con-
enire, & noſſe potuiſſe. Dignum
rofecto, quod inter oſtenta Iu-
i Obſequentis locum habeat.
Anno MDLXV, menſe Octobri,
Muretus Onufrio Ioſephum vi-
lere cupienti horam & diem
ondixit ad Palatium montis Ior-
lani: quo quum Ioſephum igna-
um harum rerum omnium de-
luxiſſet, venit ad conſtitutum O-
ıufrius, & ſalutato Ioſepho, vix
inter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

inter ſe pauca verba commutave-
rāt, quum Ioſephus nihil moratus
ſtatim quis eſſet divinavit. Ne-
que vero quis cauſſetur ex indutu
Auguſtinianorum Eremitarum
id eum conjeciſſe. Obvolutus e-
nim erat longa & talari penula,
galero autem tectus, propter im-
brem illius diei, qui multus fue-
rat, ita ut nullum veſtigium mo-
nachi appareret. Tum ille Ioſe-
phum amplexatus felicem diem
dixit, quo reliquias gentis Scali-
geræ ſibi videre contigiſſet. Ni-
colaum quidem avum Iulii, &
Bonifatium patruum ejus ſe me-
miniſſe, patris autem nomen ſibi
excidiſſe. Quum illi nomen Be-
nedicti Muretus præſto ſuggeſſiſ-
ſet, iterum ad Ioſephum conver-
ſus, libros, inquit, de rebus & ori-
ginibus Veronenſibus commen-
tatus ſum (decem putat Ioſe-
phus, ſed diffidens memoriæ ſuæ)
quorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

quorum duo poſteriores toti ad gentem tuam, & Saligerorum res pertinent. Itaque neque Nicolaum, neque patrem & patruum Iulii patris tui omittam. Hæc ille totidem verbis plus minus, quæ Muretus ſi viveret, quæ erat ejus memoria, agnoſceret. Quod enim Ioſephus nihil in eis mutaverit, is Deum, nos autem Ioſephum teſtem advocamus. Nobis non licet eſſe tam Lavernis, ut mentiamur. Certe an Iulio cognomen Burdoni fuerit, nemo melius Onufrio ſcire potuit. Vnde duo mendacia confutantur, prius de Burdonum gente: alterum, Ioſepho Onufrium notum non fuiſſe. Vnde Ioſephus potuiſſet de illis poſterioribus libris ſcire, niſi indicio Onufrii? Si igitur duo illi libri ad Scaligeros pertinent, vicerit Ioſephus. Sin autem, vapulet quantum Burdo-

num

num eſt. Aliud crimē: Annales de gente Scaligera à Paulo Æmilio conſcriptos verum non eſſe. quo argumento? quia neque Mazzardini, neque Terræ omniparentis alumni, neque Porci Rodigini, neque Laverniones illos unquam viderunt. Facile eſt hoc modo negare ullos libros extare, quos nemo viderit, qui tamen in armariis Bibliothecarum blattas paſcunt, ut certe contingit illis Annalibus. Nemo vidit illum librum. Ergo ille liber nunquam fuit. Impia ſententia. Sic Athei dicere poſſint: Librum juſtorum, cujus mentio in ſacris literis, nemo vidit. Ergo mentitur ſcriptura (Deus meliora) quæ illius meminit. Ex illis igitur Annalibus Iulius carptim deſcripſit quantum ei licuit per temporis anguſtias, & illiberalitatem hominis, qui illos in Italia penes ſe habebat;

habebat; & niſi ſe præſente à nemine tractari, aut legi patiebatur, Qui ſcierit quantum fuerit naturale & inſitum Iulii odium adverſus mendaces, is nunquam Iulium ſcientem mentitum fuiſſe concedet. Hoc proprium eſt Poëtarum Burdoniani Dramatis. Nam quod ajunt Iulium falſo ſcripſiſſe eos Annales Norica primum lingua conditos ab Æmilio Latine intetpretatos fuiſſe. Æmilium autem Norice, aut Germanice neſciiſſe; ſtultitiam & imperitiam ſuam profitentur. tum quod aliquem hominem Veronenſem poſſe Germanice loqui negent, tum quod Iulium perhibere dicant illos Annales Norica lingua conſcriptos fuiſſe. Vnde ſciunt Æmilium Germanice neſciiſſe? An quia Veronenſis? Cur ergo Leonardus Nogarola homo Veronenſis Germanice, &
Slavo-

Slavonice optime ſciebat? Cur Benedictus, Bonifatius, Titus, & Iulius ipſe Germanice loqui didicerant? Stutiſſima, ſtolidiſſima ſunt hæc. Æmilium per nos quidem imperitum Germanicæ linguæ eſſe liceat. Ego quæro unde colligunt Iulium dixiſſe eos Annales lingua Norica ſcriptos? Sed Iulii verſus conſulere nulla invidia eſt. Ii ſunt in libello de Regnorum everſionibus.

*Nam Paulus utrunque AEmilius monet referri*
*Deprompta libro, quem, ut retulit, fide vetuſta*
*Incude Latina igneque Noricum recoxit.*
*Torellius omiſerat iſta Saraina.*

Et puero paret illorum Annalium librum Noricum ideo dici à Iulio, quod in Norico compoſitus, & ibi

& ibi ab Æmilio inventus, non utique quod lingua Norica ſcriptus eſſet. Quem magis idoneum verborum Scaligeri interpretem dare poſſumus, quam ipſum Iulium Scaligerum? Verba ejus ſunt ex Oratione funebri in Eudonem filium, ſive Audetum: *Vultis Annales noſtros afferamus, quos rudes, atque barbaros, ut tunc ea ferebat ætas, vir bonus atque eloquens Paulus AEmilius pulcherrimis Latinitatis donavit monimentis?* Certe, ſi quidem Latine ſcimus, ex his verbis nihil aliud colligitur, quam horum Annalium ſermonem Latinum quidem illum, ſed rudem, & agreſtem. cujuſmodi major pars Annalium Germanicorum, a Paulo Æmilio excultum, & expolitum fuiſſe. Tantæne impudentiæ Iulium eſſe potuiſſe, ut hoc fingeret? legantur verſiculi ejus de Regnorum everſionibus.

In illis multi duces rebus geſtis clari leguntur, quorum nomina & geſta in hiſtoriis extant, quas Iulium nunquam legiſſe fidejuſſorem dare poſſumus Ioſephum ipſum. plures etiam in illis leguntur, quorum hiſtoriæ, quæ hodie extant, nunquam meminerunt. Vnde hæc haberet Iulius? Ipſe finxit? Hoc Atheorum eſt, & Lavernionum, quos Athei ad id ſcribendum impulerunt. Ex illis reliquiis, quas excerpſit Iulius, conjicere poſſumus quam multa de Scaligeris, & rebus Germaniæ in illis Annalibus prodita fuerint, quorum ignoratio perſuaſit ſtultis, eos nunquam ab Æmilio conſcriptos, & Iulium de illis mentitum fuiſſe. Certe non ſolum Scaligerorum, ſed totius Germaniæ intererat eos non periiſſe. quanquam periiſſe non putamus, ſed ab invidis ſupprimi, aut à ne-

neſcientibus poſſideri, qui tan-
um theſaurum penes ſe eſſe nō-
lum animadverterunt. Quot e-
nim adhuc latēt ſcriptores geſto-
um Scaligeræ domus, quorum
el nomen ipſum memoria ho-
ninum excidit? Vt alios omit-
am, quis hodie meminit Ferreti
oëtæ Vicetini, qui Scaligerorum
Principum geſta carmine ceci-
it? Ejus ſane hoc Epitaphium
dhuc legitur Vicetiæ in S. Lau-
entii:

*ic ſitus ex clara Ferretus origine vates,*
*caligeros decuit quem ceciniſſe Duces.*
*ripſit & Annales Genuenſe & in ordine bellum,*
*t nova de priſcis carmina temporibus.*
*l decus hic patriæ, Ferretæ hic gloria gentis.*
*c locat æternum nomen, & oſſa, lapis.*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Sane quum tantæ genti, quanta fuit Scaligera, ſcriptores deeſſe non potuerint, ex eo colligere poſſumus multos petiiſſe, aliquot in bibliothecis latere, & ea pauca, quæ de Scaligeris ſcripta reliquit Saraina, vix eſſe centeſimam partem geſtorum Scaligeræ domus: ideoque Mazzardinis hinc captatam occaſionem multa de Scaligeris mentiendi. Vbi ſunt Chronica Veronenſia, quorum meminit Scardeonius lib. III. claſſe XIII? *Hæc legi in antiquis Chronicis Veronæ, etſi ab his Saraina novus hiſtoricus Veronenſis aliquanto diſſentire videtur.* Invidos, canes, Laverniones, Terrigenas ringi æquo animo patimur. Hoc vero ridiculum, an deteſtandum, quod ait alibi peculatoris filius, fur domeſticus hoſpitum ſuorum: Ioſephum deduxiſſe genus Auſtriacorum à muliere venefica: quia



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

lixerit Ludovicum Bavarum
Auguſtum à vidua Alberti Au-
triaci veneno ſublatum. Res
rofecto riſu potius, quam indi-
gnatione proſequenda. Nam ſi
ına mulier venefica in gente Au-
triaca fuit, ideone deducendum
otum genus ab illa venenaria? O
tolidiſſimum ſcelus. Deinde an
n una gente Auſtriaca reperta eſt
nulier venenaria? Quot poſſu-
nus adferre in Regnum, Du-
um, Dynaſtarum gentibus? Sed
ugarum tædet. Quod vero ne-
at à muliere, quæ uni ex Prin-
ipibus Auſtriacis nupta fuerit,
udovicum Bavarum veneno
ublatum fuiſſe, jam non pri-
num mentiri incipit. Carion,
c poſt eum Gaſpar Peucer: *Pro-*
*inatum id* (venenum) *illi* (Lu-
lovico) *à vidua Alberti Auſtriaci fe-*
*unt, quacum familiarius conſueve-*
*at.* Nauclerus Generat. XLV.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*Eodem anno* (ſcilicet MCCCLVII,) *quinto Idus Octobris obiit Ludovicus* IV *Rom. Imperator anno regni ſui* XXXIII, *hoc modo. Iohanna Duciſſa Auſtriæ ex Suevia reverſura in Auſtriam voluit Ludovicum Imperatorem viſitare, qua die princeps cupiens cum ipſa relicta quondam Alberti ducis Auſtriæ ſpectaculum habere apud Monachium, & omnibus cum hilaritate conſummatis, quum ex eodem poculo princeps à Duciſſa porrecto biberet, ſtatim ſenſit ſe gravatum*, &c. Andreas quoque presbyter Ratiſponenſis, qui ex Bibliotheca cl. viri Marquardi Freheri ante aliquot annos in lucem prodiit, obſtruet os impudentiæ: cujus hæc verba ſunt: *Dicitur, quod dum ipſe Ludovicus Imperator eſſet in venatione, quædam Duciſſa Auſtriæ, ſoror Dominæ in Atheſi, quæ vulgo propter deformitatem* Maultaſch *vocabatur, & etiam, quod ſe contemni videbat,*

*id fieri procuravit, ſibi potum in flaſcone porrexit, &, dum ille bibere reſpueret, prior bibit.* Si non ſatis hic eſt, procedant alii. Albertus Krantz Metropoleos libro I X. *Fuerunt, qui dicerent, eum cujuſdam Auſtriæ Duciſſæ, quam ob tetram faciei diſpoſitionem* Maultaſch *appellabant, venemo periiſſe.* Spanheimenſe Chronicon: *Fama eſt eum veneno periiſſe cujuſdam Duciſſæ Auſtriæ, quā omnes ob fœdam tetramque vultus diſpoſitionem* Maultaſch *appellare ſolebant. Certum quidem hoc tenemus, quod poſt venationem domum reverſus, & ſumpto cum ea cibo in eadem menſa, ſtatim male ſentire cœpit.* Ad hæc quid mutire audebit Lavernio peculatoris filius? Tanta eſt impudentia, ut audeat Ioſepho objicere eum deducere Sereniſſimorum Ducum Auſtriacorum genus à venefica? Certe nullius eſt ipſos aliunde deduce-

re, quam unde ortum habent. Quod ſi quædam venenaria in ea gente reperta eſt, neque hoc à Ioſepho eſt, ut jam oſtenſum eſt, neque culpa eſt gentis Auſtriacæ, neque novum, maximos Principes ab agnatis aut cognatis veneno tolli, quod jam ſupra tetigimus. quid quod illa venenaria non erat Auſtriaca, ſed Auſtriaci vidua? Sed impudentius eſt, quod dicit: Iulium falſo ſcribere patrem ſuum & Titum fratrem pro Gallis pugnaſſe, illis verbis: *Deque patris opera, quem plus annis quindecim pro nomine ac dignitate Gallica in armis fuiſſe palam eſt: fratrem vero fortiſſimum virum fortiſſimorum equitum ducem in prælio Ravennati concidiſſe.* Manifeſto ait patrem XV annos pro Gallis militaſſe, ſane ante prælium Ravennate, bello Carolino, & poſt in ipſo prælio Ravennati: fratrem autem in

in clade ipſa Ravennati ductorem equitum fuiſſe. Improbitas & inſcitia hic cernitur: tum, quod falſa objicit, tum, quod Latine non intelligit. Sed qui illis hæc ſuppeditarunt, neque meliores, neq; peritiores ſunt eo. Quod autem Benedictus, & filius ejus Titus tam pro Ludovico, quam pro Maximiliano eadem opera atque eodem tempore in prælio Ravennati militaverint, non obſcurum, neque mirum fuerit eis, qui ſciverint meliorem partem exercitus Ludovici auxiliis Germanicis Maximiliani creviſſe, in quibus Benedictus Scaliger unius turmæ dux, alius vexillifer Titus ejus filius fuerit. Tam igitur pro Rege, quam pro Cæſare militabant. Michael Coccinius Tubingenſis, quo nemo neque plenius, neque majori cum fide prælium illud, & totum bellum Ludovici



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Italicum deſcripſit, ſemper meminit auxiliorum Maximiliani Germanicorum ex Germania eductorum & ex præſidiis Italicarum urbium, quæ in poteſtate Maximiliani erant: ex quibus magna facta fuit exercitui Gaſtonis Fuxii acceſſio. Verba ejus ſcriptoris, quæ huc faciunt, hæc ſunt: *Victoriam tantam Galli obtinuerunt; partim propria virtute, partim Germanorum. Hoc namque exploratum eſt, quod Galli ſine Germanorum robore cum Hiſpanis haudquaquam confligere tentaſſent. Et ipſimet ſucceſſum in virtute Germanorum reponebant, fortitudinemque pluſquam humanam in eo prælio eorum fuiſſe teſtati ſunt apud Maximilianum. Et ipſi quoque Hiſpani Germanorum robur, uti profeßi ſunt, formidabant.* Hactenus Coccinius, qui, dum hæc gererentur, in Italia erat: Maximilianus vero nuncium de hoc



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

bello, cujus hic mentio fit, accebit in Marca Tarviſina ad caſtellum Cadurum, ubi ante aliquot annos clade maxima à Venetis male multatus fuit ejus exercitus, quum à Carnicis Alpibus ad Tridentinas fauces copiis præmiſſis ipſe Romam inaugurationis ſuæ cauſſa ſequi decreviſſet. Ad Cadurum igitur quum eſſet, eum adiit Iulius, & ibi eques auratus ab eo creatus, & ex more torque aureo donatus fuit. Germanice igitur Maximiliani copiæ Gaſtonis exercitum auxerunt. quod à Catione, & ejus Chronici amplificatore Peucero ita perſpicue & clare exponitur, ut nullus locupletior hujus rei teſtis dari poſſit. De prælio Ravennati loquens, *Gallicum*, inquit, *exercitum Germanis Maximiliani copiis firmum, ac validum duxit Gaſto Foxejus ſorore Ludovici in Vaſconibus genitus*, &c.

Infra:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Infra? *Ad hujus prælii famam Imperator reductis ſuis auxiliis à Gallo, initoque fœdere cum Hiſpano & Anglo, Gallum domi novo bello implicavit.* Vides, ut poſt prælium Ravennate copias ſuas reduxerit. Cauſſam reddit Ludovicus Tubero, qui diſceſſionem Maximiliani à Ludovico poſt prælium factam docet, ut etiam Peucer. Is libro IX, poſtquam meminiſſet Germanos invitos à Gallo diſtrahi, & nefas ducere, in eum regem arma convertere, in cujus caſtris militaſſent, ſubjicit: *Quorum mentes ſi Maximilianus eorum Princeps, ut debuerat, eſſet imitatus, haud ſane ab officio ita facile diſceßiſſet, deſtituendo injuria Regem ſocium, ac de ſe adverſus Venetos optime meritum: Niſi forte honeſtius ſimul, & utilius viſum eſt Pontificis Romani, ac Regis Hiſpani neceſſarii ſui morem gerere voluntati, quam ſinere Regem Gallum*

*opibus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*opibus Italiæ auctum ſuper cæteros Reges eminere, invidia, quæ animum vehementer mordebat, hac honeſtatis ſpecie obtecta.* Quando & quam obrem Maximilianus à partibus Ludovici deſciverit, aperte indicat, nimirum poſt prælium Ravennate, & propter obtrectationem & invidiam. à quo non abludit Georgius Sauromanus homo Gallis parum æquus, in Oratione funebri Maximiliani: *Ludovico quoque Gallorum Rege interim, qui belli ſocius fuerat, gravius atque inſolentius in Italiæ cervicibus debacchante, Hiſpanis atterendum eum, deinde Helvetiis debellandum tradidit.* Quæ ideo adduximus, ut non ſolum auxiliis Maximiliani Germanicis auctum fuiſſe Gaſtonis exercitum oſtenderemus, & eo bello ſocium Ludovici Maximilianum fuiſſe, ſed etiam copias Maximiliani non prius abductas,

quam

quam Maximilianus invidiæ ſtimulis actus propter victoriam ex eo prælio Gallis cum ſumma gloria partam Ludovico ſocietatem renunciarit. Frater quoque Nicol. Baſelius Monachus Hirſaugienſis poſt prælium, & circa medium anni MDXII Maximilianum à Gallo reſiliiſſe ſcribit, expoſtulantem cum Gallo de fœdere violato, atque aliis, quæ manifeſto mentitus eſt Monachus; & locus non eſt confutandi. Quid igitur hic dicent, qui negant aut hoc prælium ad Maximilianum pertinuiſſe, aut eos, qui in exercitu Gaſtonis pugnabant, tam pro Gallo, quam pro Maximiliano pugnaſſe, quum oſtenderimus Maximilianum ſocium ejus belli fuiſſe? Et ſane Alfonſus Dux Ferrariæ, qui Gallorum tormentis præfectus erat, hortatur Titum Scaligerum, ut in



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ro prælio ſe dignum majoribus
ſuis oſtenderet. Et tamen Titus
erat in auxiliis Germanicis. Ver-
ba, quæ huc ſpectant, jamdudum
adduximus, quum de Iulio lo-
queremur, & ejus fratre Tito.
Quod quum ita ſit, mirum eſt,
nobiliſſimum Martinum Langæ-
um Bellaium proregē Ligurum,
item Guicciardinum, virum dili-
gentiſſimum aliter ſenſiſſe, & an-
te prælium Ravennate Maximi-
lianum à Gallo diſceſſiſſe. quum
ex ſuperioribus luce clarius ſit, il-
lud bellum Italicum ductu Ga-
ſtonis Foxii, auſpiciis autem Lu-
dovici XII, & Maximiliani ge-
ſtum fuiſſe. Quare Furi & æmulis
res ad reſtim rediit, qui hinc ma-
ximum triumphum ſperabant.

Εἷς βρέχος ἔυκλωστος νεκρο-
θάπτεω ἠὲ Χάρωνος
Ἔστι σοὶ εἰς ἀΐδην οἶμος ἑτοιμό-
τατος.

Per

Per me liceat ſane. nihil moramur. Illud vero ex Amphitheatricis Tabulariis deprompſit, Ioſephum ſcripſiſſe patrem ſuum ex deſperatione rerum ſuarum monachum factum. Imo contra, quum haberet in animo monachus fieri, ſtultum illud & illiberale propoſitum abjeciſſe. Et hæc pædagogica ſunt. Nos ejuſmodi & alia protulimus, non ideo ut confutaremus, ſed ut portentoſa tenebrionis mendacia Lectori proponeremus, quibus ſperavit opimum Epiſcopatum ſe adepturum. Nihil enim omiſit, quod aut confingeret, aut in pejorem partem interpretaretur: cujuſmodi illud, quod non minus falſo, quam ridicule ſcribit: Iulium, quum Aginnum veniſſet, nullum habuiſſe, quocum ſermonem de literis sereret, falſo à Ioſepho perhiberi, quum ille Muretum ibi haberet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

haberet. quod tripliciter falſum. primum quod quinto anno, poſtquam venit Aginnum, ipſe queritur ſe non habere, quocum de literis communicet: ſecundo, quod Aginnum venit anno eodem, quo natus Muretus: tertio, quod Muretus nunquã triduum integrum Aginni degit. Quod neminem habuerit, quo cum de literis fabularetur, en ejus verba ex epiſtola liminari Orationis prioris in Eraſmum: *Aginnum oppidum eſt Aquitaniæ, ut incolæ jactant, princeps, &c. Ager ubertate ſoli incertum proſitne magis incolis, an officiat. Ita annonæ ſpe ſuſpenſi omnia munia non civilia ſolum, ſed ruſtica quoque negligunt. propterea animi cultui minus ſtudent. Si quis tamen ad literarum ſtudia ſeſe applicat, lucro illectus agitur eam in partem, cujus ope fortunarum ſuarum promoveat gradum. Id unum hic intuemur, ut acce-*

*ptum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*ptum patrimonium ampliore cenſu faciamus. Proinde ita cum animis veſtris reputate quo in ſtatu res meæ ſint. Nam ne unus quidem liber venalis habetur, præter Iuſtiniani proventum, & Grammatices rudimenta. Per octoginta amplius miliaria ab extremo uſque orbe mihi petenda fuit interdum Bibliotheca, Baſilea, Florentia, Venetiis, atque Roma, Quibus libris fac me opulentiſſimum: quicum tamen caput conſeram miſer? aut unde quicquam petam præſidii? Tanta literarum hic vaſtitas, tanta eſt ſolitudo, ut in hac infeliciſſima orbitate,* &c. Vter mentitus eſt? Lavernio, an Ioſephus, quem de iis rebus docere vult, quas nemo melius, quam Ioſephus, imo nemo, præter Ioſephum, novit. Quam vera autem de Mureto dixerit, idque Bencii teſtimonio confirmare conetur, eum tunc Aginni degiſſe, argumento fuerit annus is, in

quo

quo Oratio in Eraſmum una cum ea epiſtola edita fuit, qui quum eſſet Chriſti MDXXXI, Murctus tunc erat tantum annorum quinque, & in Lemovicibus agebat. Bencius autem vir doctus, & amœni ingenii, qui, ſi viveret, neq; Amphitheatro Tartareo, neque ejus ſtructoribus ſociis ſuis faviſſet, multa per conjecturam de Mureto dixit, tam incredibilia, quam à vero remota. cujúſmodi illud, Muretum adoleſcentulum Aginni docuiſſe. Res ita habet. M. Antonius Muretus annos natus XVIII Aginnum venit Iulii ſalutandi cauſſa, unde digreſſus ad Auſcios Novempopulaniæ ſeſe contulit, ubi in collegio archiepiſcopali Ciceronem & Terentium docere cœpit, quo tempore Eclogas in laudem Cardinalis Armaniaci, & Tragœdiam ſuam Iulium Cæſarem in illa urbe edidit.

Hinc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Hinc profectus in oppidum Nitiobrigum, cui nomen Villa nova, ditiſſimi mercatoris de Brevāt liberis præfectus in ſchola publica illius oppidi auctores Latinos interpretabatur. anno autem ætatis ſuæ XX cum illis pueris diſcipulis ſuis Aginnum ſecundo venit, Iulium ſalutandi cauſſa ſemel antea viſum, ſed ſatis notum literarum commercio: eoſque pueros cum Mureto Ioſephus meminit domi vidiſſe ſe annos natum VI. Bis, aut ter poſtea exceptus hoſpitio à Iulio, idque diem unum, aut biduum tantum, ingenii ſui præſtantiam, cujus ſpecimen per literas duntaxat dederat, colloquio familiari comprobavit. Ex illo, quia cum noſſe propius contigerat, Iulius amare eum cæpit, & ejus dotes animi Senatoribus Burdegalenſis Curiæ per literas commendare, ut

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

non aliter eum, quam filii nomine appellaret, quum Burdegalam, relicta ſchola Villanovana, profectus, ibi in una claſſium Gymnaſii Aquitanici doceret, circiter annum Chriſti MDXLVII. neque ex eo unquam aut Aginnum repetivit, aut Iulium poſtea vidit. Quomodo igitur Aginni, aut quando, docere potuit, qui in tribus profectionibus vix ſex ſeptẽ dies ibi ſubſtitit? Burdegala Lutetiam, Lutetia Toloſam petiit, ubi juris inſtitutiones quum exponeret exercendi cauſſa, ut tironibus juris mos eſt, inde abire coactus Venetias ſe contulit. Quare quæ Bencius de eo retulit, quia ex conjectura collegit, ea non ſolum falſa, ſed etiam interdum ridicula ſunt: ut quod ait, Regem Henricum, & Catharinam Muretum publice docentem audire voluiſſe. Nunquam

enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

enim in Athenæo regio, ſed in gymnaſiis docuit. Neque cauſſæ erat, cur diceret eum Toloſæ juris civilis docendi primum facultatem, deinde etiam poteſtatem, accepiſſe. quod quid ſit, non capio. Hoc ſcio, ſi ille, ut putat Bencius, facultatem & poteſtatem juris publice interpretandi Toloſæ accepiſſet, non opus illi fuiſſe eam Aſculo petere, ut jus Romæ publice profiteretur. Quo tempore enim Ludovicus Rupipozeus Romæ ſub Gregorio XIII Chriſtianiſſimi Regis legatus agebat, Muretum Aſculum clam petiiſſe, & lauream juris conſecutum fuiſſe tam multis notum, quam mirum eſt Bencium ignoraſſe, qui eo tempore Romæ erat. Reliqua, quæ finxit non pauca, libens omitto. Video enim ab Ioſepho certiora de Mureto peti poſſe, quam ab illo, quo plura nemi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

neminem de Mureto ſcire nobis certo conſtat. Mendaciorum autem Lavernionis quædam ſceleſta ſunt, alia ridicula. alia improbum, elia ſenſus communis expertem, atque idiotam plane arguunt. cujuſmodi illud in epiſtola liminari ruſtica & ſtultiſſima, Ioſephum Auſtriacæ genti injuriam facere, quod genus ſuum ad eam referat. quo nihil ſtultius & jocularius dici poteſt, ut riſum continere non potuerim. Quis enim injuriam facere poteſt ei genti, cujus ſplendore genus ſuum illuſtrari poſſe ſperat? Certe ſi plebeius Reginam amet, nullam ei injuriam facit, ſed riſum potius illi, quam indignationem movet: neque eo nomine illa eum in jus vocabit, neque pœnam irrogabit. Nam & Piſiſtratus ei plebeio non ſuccenſuit, qui ejus filiam amabat.

Quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Quid enim odio puniendo reliquum fiet, ſi amare crimen eſt? Hinc pendet, quod adjicit Furcifer, Ioſephum contaminare genus Auſtriacum.

*Sic interpoſitus vili contaminat unco*
*Vrbica Lingonicus Tyrianthina bardocucullus*

Sint Scaligeri quovis veſpillone viliores, quovis fure contaminatiores, quomodo Auſtriacorum genus contaminare poſſunt, quorum Scaligeri Veronenſes gentiles non ſunt? Rurſus quot videmus quotidie ſummorum Principum gentiles eo miſeriarum redactos, ut præſtaret genus ſuum diſſimulare, quam profiteri? an dicemus eos gentilibus ſuis injuriam facere, & genus contaminare? O ſtoliditatem, ruſticitatem, imperitiam Veſpillonidæ. Non minoris ruſticitatis & illud

eſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

eſt, quod miratur Iulium ſariſſa nitentem in quoddam templum aſcendiſſe: quaſi aut incredibile hoc ſit, aut tanquam portento ſimile Ioſephus retulerit. Saltem ſi quid in illo ſenſus communis, aut humanarum rerum experientiæ eſſet, ejus erat conſiderare, non admodum magnam templi fuiſſe altitudinem, quam ſariſſa longitudine ſua æquaret, ideo neque conatum illum adeo mirandum fuiſſe. Itaque niſi ſtupor ejus judicium occupaſſet, non magno labore poterat intelligere Ioſephum id tantum lectori judicandum propoſuiſſe, quum tantus vigor in eo eſſet, qui ſenior jam pedibus & manibus arthritide debilitatis id faceret, quid adhuc virens juvenis, & integris viribus, facere potuerit. Alioquin quis ignorat id à multis pluſquam millies factum? Nos



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

certe ſcimus, qui aliquoties vidimus. Sed Veſpillonis filio mirum videri nulla indignatio eſt, qui nihil, præter œnopolia, barones campi Floræ, & culinas procerum vidit. Adhuc unum fatuitatis ejus exemplum addam, antequam lectorem abſolvo, quem tandiu in nugis moratus ſum. Non ſolum enim de ſariſſa & ſcanſione templi, ut imperitus quotidianarum rerum, miratus eſt, ſed etiam ut naturaliũ ignarus ſcurrilitate veſpillonia id proſecutus eſt, quod Ioſephus de ſe & patre ſuo ſcripſit, noctu vidiſſe: quod quidem & multis accidit, & natura eis inſitũ eſt: ſed quomodo id fiat, non mirum eſt eum neſcire, qui nihil ſcit, præter furta, & maledicta, Putat enim quibus id accidit, id eis ſemper, & per totam noctem continuari. Atqui non ſemper, & experrectis tantum id fit, id



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

que nunc per horam integram, nunc amplius, & minus, & ex intervallo: ac poſtea tandem evaneſcit. neque lux illa clara eſt, qualis interdiu, ſed inſtar crepuſculi, quod λυκοφῶς Græci, *Entrelubricano* Hiſpani vocant. Tiberius Cæſar, & Iulius Cæſar Scaliger ab ineunte, ad exitam ætatem, id habuerunt: Ioſehus à pueritia, ad XXIII annum ætatis ſuæ: qui etiam noverat nobilẽ Pictonẽ Carolum Coninium ab hinc triennium angina in Pictonibus extinctum, qui non ſolum id ſibi inſitum eſſe Ioſepho ſæpius prædicabat, ſed etiã alios vidiſſe, quibus idem cõtingeret. Cauſſas hujus rei ſoli anatomices & optices periti noverunt, nõ furioſi hoſpitum ſuorum fures, procerũ purpuratorũ paraſiti. Id enim ſoli patiuntur ii, quibus oculi ejuſmodi ſunt, cujuſmodi Iulio & Ioſepho.

Non enim novum quædam genitiva quibuſdam familiis eſſe: ut oculos quoque χαροποὺς non paucis in gente Scaligerorum. De quibus Iulius primo ipſe in Commentario ζώων ἱστορ. *Leo oculis fulvis, & Aquila. neque negandum eſt* χαροπὸν παρὰ τὴν χάριν. *Nam ii oculi etiam ab amatoribus valde commendantur. Habent enim vegetiorem obtutum, quoniam candore lucido aſperſi ſunt, quales & Auguſtus habuit, & Scaligeris pene omnibus fuere.* Hæc duo ſtuporis & ruſticitatis ejus exempla protulimus, non qui reſponſum ſibi putet Sandapilonum excrementum, carnificum victima, quem ne nominare quidem fas & jura ſinunt, ſed ut viri probi & honeſti videant, quem lapidem non moveant, Larvæ & Erinnyes iſtæ, ut Ioſephum non ſolum in graviſſimis rebus infamem concinnarent.

ſed

ſed etiam de minutiſſimis, ut quidem, ſed fruſtra, ſibi perſuaſerant, ſtomachum ei moverent. Hæc ſunt crimina, candidi & benevoli lectores, quæ factio Telchinum, Cercopum, Laverniorum, fraterculorum Typhœi in divinum heroem Iulium Cæſarem Scaligerum, & ejus filium iactarunt, coitione inſtar veſparum in eos facta, (telis

*Turba rigens ſtrictis per lutea corpora*
*----- non denſior aere grando,*
*Nec de concuſſa tantũ pluit ilice glãdis.*

Hi furores, hæ bacchationes, hæc amphitheatrica maledicta:

*Hi motus animorum, atque hæc certamina tanta* (*ſcunt.*
*Pulveris exigui jactu compreſſa quie-*

Quid ex tantis portẽtis conſecuti ſunt? Iulius illuſtrior eſt, quamdudum. Fur paucis antea, nunc omnibus notus. Matris & Sororis ſcortationes mœnibus Neumar-

chiæ continebantur: nunc incipiunt fines ipſius Europæ egredi. Burdones, & aſini ſunt, quibus Scaligeri Burdones erant: mendaces, qui alios mendacii inſimulant: ἀνιστόρητοι, qui ἀνιστορησίαν in aliis reprehendunt. Duo tantum ingenue excipimus, hallucinationem de bello Sabaudico. Eſt enim σφάλμα μνημονικόν, bellum prius Franciſci Regis cum poſteriore confundens, quod nullus liber in manibus eſſet Ioſepho Scaligero, quum illa ſcriberet: item errorem, in quem induxerant eum Hiſtorici noſtri temporis neſcio qui, Canem aliquem Facinũ fuiſſe in gente Scaligera: quum is Canis Facinus neque gentis Scaligeræ, neque Veronenſis fuerit. Erat enim Montis ferratenſis in oppido Sancti Enuaſii ortus. Floruit gloria belli anno MCCCCXII, præfectus copiis

piis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

piis Mediolanenſium. Reliqua, quæ non tetigimus ex illo ſterquilinio maledictorum, conviciorum, calumniarum amphitheatricarum, quia ad meretrices, veſpillones, fures pertinent, neq; noſtri inſtituti eſt refellere, neque pudentis hominis legere. Paucula ſuperſunt adhuc, ex quibus Amphiteatrici aliquod monſtrum concinnare poſſint, ut ex tonſo raſum, ex Scotiſta Franciſcanum fecerunt. Ea familiares quidam noſtri jam diſcutere incipiunt: ac propterea nos æquo animo labore hoc ſuperſedebimus. Immane enim volumen ex illis confici poteſt: De quiſquiliis Grammaticæ, quæ poſtremo adjecta ſunt, ad ſtercoreos magiſtros, unde profecta, ablegamus, Telchinas, Cercopas, malleum maleficarum, foriarum everritores, locorum controverſorum



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

conſcribellatores. Quicquid denique impuri homines in Ioſephum hodie parturiunt, ejus invidia mater eſt, obſtetrix ſycophantia, nutrix væcordia, pædagogus furor. Denique Ioſepho hæc peperit ejus ingenium, & æterna in literas beneficia. Si quid rempublicam literariam juvare poteſtis, candidi lectores, ſperate parē gratiam. Bene de literis mereri, flagitium ingens eſt, impurorum partes non ſequi, crimen immaniſſimum. Bene cum Ioſepho ageretur, ſi nihil ſcripſiſſet, & Furiarum ac Telchinū potius amicitiam affectaſſet, quam animum ad juvandam remp. appuliſſet. Non moror vos, Lectores. Valete. Lugduni Batavorum. Eidib. Iunii. CIↃ.IↃ. CVIII.

Ἀχαλίνων στομάτων, καὶ ἀφροσύνης, καὶ ἀνομίας τὸ τέλος δυστυχία. Eurip.

# DICTA QVÆDAM IVLI CAESARIS SCALIGERI, QVAE SVPERIVS PROMISIMVS: EX MVLTIS PAVCA, QVAE AMICI RETINVERVNT. HAEC ENIM NON EST CENTESIMA PARS.

NEmo feſtivior videri potuiſſet Iulio Cæſare Scaligero, ſiquidem dicta ejus recenſita fuiſſent, neque aut inter barbaros excidiſſent, aut inter invidos ſurrepta fuiſſent. Multa meminerat Muretus, atque Mæcenati ſuo illuſtriſs. Dñ. Hippolyto Cardinali recitare è re nata ſolebat, quum eſſet Tibure, anno MDLXV, menſe Septembri. à quo etiam amici excipiebant non pauca. Longe plura Iohan. Bergius Rutenus medicus: qui etiam ex illis com-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

mentarium libellum concinnarat, cujus reliquias has boni conſulat Lector. Nam alium Commentarium furto ſibi à Cantabro Iulii amanuenſi ſublatum conquerebatur idem Bergius.

Populum ſub tyrannide dicebat equum eſſe domitum, qui ignoret vires ſuas. Tyrrannidem non niſi tyrannide tolli poſſe. Præſtare igitur acquieſcere, & obſecundare neceſſitati. Aulas eſſe Caulas. Nautarum votum eſſe circulum. Sequi enim quod ſe ſequeretur, mortem ſcilicet. Patrem definiebat piam inſaniam, aut inſanam pietatem. Itaque amiſſum filiolum Eudonē quum fleret, neque modum ullum faceret, ita ut ab amicis objurgaretur, Diſcite, inquit, patres eſſe. Vxorem, febrem hecticam. non enim niſi morte avelli. Coquum, alienam gulam. Piratam, ignem

aquati-

aquaticum, celeritatem, & vaſtitatem. Agricolas Reges: terrarum enim dominos. Reges autem Deos: rerum enim dominos. Ruſticos oſſa terræ. Oculos, Cupidinis ſagittas: linguam, fulmina: mamillas, caſtra: baſia, antecurſores: τὸ γυναικεῖον, campos patentens, ubi prælium committendum. Vinum, βάσανον. Lectum, ſepulchrum precarium. Meretrices, foſſas publicas. λοξαυχένας καλόποδας vocabat σφηκοκηφῆνας, *fucocrabrones*, ab ignavia, & malitia. Iudices, ſcopas Nemeſis. item αἰγοθήλας, ſive Caprimulgos. Poëtas, aulæa parietum precioſorum. Tegere enim veritatem. Divitem inertem, fritillum fortunæ. Divitias, vehiculum ſtultitiæ. Malos divites, ſtatuas ſtultitiæ à fortuna erectas; pilas inanes, vento turgidas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

gidas. Elato divitiis Nitiobrigi, Stulte, inquit, quare non expectaſti finem tuum? Eris enim tunc teſtis divitiarum tuarum. Eidem latifundia jactanti, pluris, inquit, tua latifundia ſunt, quam tu. Coquo ſuo Stephano nimis ſalite omnia condienti, mirus, inquit, mortalis es. Das enim, quod non habes. Paraſitum eſſe Chamæleonem culinarium. Satius ajebat eſſe regio ingenio, quam Regem. Onere enim & culpa vacare. cæterea idem eſſe. Convicium eſſe mucronem verborum: jocum autem ſplendorem ferri orationis. Nullum tempus plus averſum à vita putabat, quã quod vitæ impenderet. Itaque dum epularetur, amicis dicebat, Hoc non vivimus. Accitus ad convivium, interrogatus à Carolo Sevino quo iret, Pecoratum, inquit. Nam fuit mirus fictor verborum.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ſta pecoris, non hominis, offi-
cium dicebat, epulari. Neque ta-
mẽ inhumanus, aut ruſticus fuit.
Quin & ſodales habere inſtituit
more Catonis; quos laute exci-
piebat. Sed quum ex Platone, di-
diciſſet animã eſſe verum homi-
nem, corpus autem amictum, ci-
bum ſumpturus, Eamus, inquie-
bat, ad fabricandum murum ho-
mini Platonis. Interdum etiam
ridebat menſæ accubiturus, Hoc,
inquiens, amici nihil eſt, quod i-
terum facturi ſumus. Nihil enim
pejus fit, quam quod iterandum
eſt. Fatum ſuum vocabat mare
hibernum, in quo nulla eſt Al-
cyon. Ad quendam ſibi adulan-
tem, peſſimus, inquit, eſſes pi-
ctor. Canẽ dilectiſſimam, quam
Vraniam appellabat, furto quum
amiſiſſet, Docuit, inquit, fur ille
poſthac nos non dolere. Infantes
quum tangeret, Vtinam, inquie-
bat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

bat, qui vos probavit, (Chriſtus) mihi ne exprobret. Roma quid eſſet interrogatus, reſpondit, Novum acetum peſſimum veteris vini optimi. Eandem appellare ſolitus eſt anſam calumniæ, & matrem invidiæ barbarorum. Nemo unquam neque juvenis, ut præceps: neque ſenex, ut ſapiens, plus mortem contempſit. Extrema etiam ætate appellare eam ſolitus fuit initium bonorum. Vitam eſſe alterum dolium Iovis, in quo nihil eſſet boni. Librum ſuum de Cauſſis linguæ Latinæ comparabat Alchymiſtis, qui quærunt quod nuſquam eſſet. Dormiturus, Eamus, inquiebat, periculum facere quam mors ſit familiaris. Experrectus ſeſe modo natum dicebat, niſi in memoria haberet quot commiſſis vitam interemiſſet. Vulneratus in facie, quum novus eques eſſet,

Si

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Si hæc, inquiebat, initia ſunt, non poteſt niſi toto expleri res: indicans mortem pro præmiis. Invitatus ad luſum parvæ pilæ, Sororem, inquit, non feriam. Nam me ſic Fortuna habet. (παῖγμα τύχης in epigrammate). Poſtea deprehenſus folle majore ludens, Ignoſcite, ait. Magni tauri magna pila eſt. alludens ad pilas taurorum in amphitheatris, & ad ſtatuam ſuam, quæ erat procera, & heroica. Moriones appellabat cymbala, & tibias. Vt enim ad illorum concentum ſaltamus, ita ad horum mores geſtimus. Pertinaces in falſis opinionibus vocabat Triremes ἑτερηρέτμους (hoc eſt remos ab uno tantum latere habentes). Sẽper enim eas in ſe ipſas recurrere in gyrum. Medicos ἀφιλοσοφήτους Corticem ſine nucleo. De hominibus claris ita ſentie-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ſentiebat: Herodotum eſſe lac
Muſarum: Thucydiden oculum
verecundiæ: Livium mare tran-
quillum: Ciceronem animam e-
loquentiæ? Virgilium conatum
ultimum Muſarum. Virgilii Mu-
ſam, matronam: Homeri, mulie-
rem aulicam. nullius enim pude-
re eam. Homerum, nutricem
inſanæ ſapientiæ. Virgilii poëtæ
omnes poëtas terga ſpectare. Il-
lum enim eſſe extra metas. Ho-
merum oſtentaſſe iter: ipſum au-
tem aberrare ſine freno. Terentii
orationem virginem appellabat.
Ovidium divitias Muſarum, Ca-
tullum pectinem Muſarum. Sta-
tium equum alatum. Ariſtote-
lem alteram naturam. Eundem
ἀγωνοθέτην, Platonem, athle-
tam, cæteros ſpectatores. Plato-
nem fluvium perennem. De-
moſthenem Herculem nudum.
Iſocratem Nireum oratorum:
Gorgiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Gorgiam ſpeculum naturæ. Pindarum aquilam. Sophoclem ſupercilium muſarum. Euripidem Homerum thymelicum. Æſchylum prærupta montis Parnaſſi. Lucanum navem plenam vento. Lucianum Cerberum Muſarum. Galenum fimbriam Hippocratis. Pompeium tyrannum cum multis. Craſſum nidorem Romanum. M. Antonium umbram alieni fulguris. Octavianum canem Syllanarum reliquiarum. Lucullum maximi fecit, putabatque ei ad ſummam gloriam nihil à natura defuiſſe. De Cæſare quid ſentiret rogatus à Gallo, Non reſpondebo, inquit. Quamobrem? Quia, inquit, nolles me reſpondiſſe. Hoc tibi volo gratificari. De viro enim illo non poſſe quippiam vere dici, quin de omnium imperatorum, gentium omnium laude detraha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

detrahatur. neque putare ſeſe illum fuiſſe hominem, niſi eſſet mortuus. Cuidam verſificatorem pro poëta laudanti, Si equum, inquit, à me commodato petiiſſes, aſinum tibi adduci feciſſem. Cauſſanti amicitiam, Vive, inquit, ut ſentis. id eſt, vive ut aſinus, quia aſinine ſentis. Equum ab ſeſe adamatum, & cui ſe vitam debere diceret, famulus quum mortuum nunciaret, Satis eſt, inquit, ſi vixit. In convivio apud Dauream Decurionum aſſeſſorem, quum quidam Iuriſconſultus ſemidoctus ſemper taceret, Quemadmodum in ſervo, inquit, fuga eſt ſpecies cujuſdam libertatis: ita in hoc taciturnitas eſt ſpecies cujuſdam ſcientiæ. Vide l. XVII, §. *Idem recte*. D. De ædilit. Tyrannum Concordiæ Pici nepotem quum à familiari cingi videret, *Manus*, inquit, *habent*,

*habent, & non palpabunt.* alludens etiam ad idololatriam ejus generis hominum.

*  *  *

# EXCERPTA EX EPISTOLA CVIVSDAM GERMANI VIRI ORNATISSIMI, ET ERVDITISS.

*Diu eſt ......... quod nihil ad te literarum miſi: non quod tui vel me, vel quenquam hic tuorum cæperit oblivio. Prius enim forte noſtri ipſorum obliviſceremur: ſed quod per Merulam noſtrum haſce literas mittere decreverim, qui non ſine magno omnium noſtrum luctu hiſce diebus apud nos obiit. Sed ne hoc quidem tempore propter varia impedimenta de omnibus, quæ propoſueram, perſcribere mihi licuit. quibus pleriſque in aliud*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*tempus dilatis, illud tantum paucis perſtringam de infami illo nebulone Scioppio, cujus ſcelerato ſcripto omnes hic & alibi boni ita offenſi ſunt, ut non defuerint, qui palam affirmarint librum illum abs homine ſcelerato ſcriptum ne legi quidem debere, niſi à tali, qui auctoris ſui ſimilis ſit. Ego certe Hypobolimæum ab amico inſpiciendum mihi miſſum ut vidi, ut fremui, ut ſcribendi me abſtulit ardor. Certe vix temperare mihi potui, quin in ferventi illa bile nebuloni illi improbo quædam reponerem: idque eo impenſius, quod ejus furta, fraudes, mendacia, & alia improba facinora notiora mihi eſſent, quam pleriſque aliis. inter quæ illud forte levioris momenti adhuc eſt, quod improbiſſime, & impudentiſſime negat ſe Commentariorum editorum in Priapeia auctorem eſſe: quem ego infamis mendacii coram univerſo mundo reum poſſum peragere, qui jam ante quadriennium,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*nium, & amplius, ejus commẽtarium nondum editum ab amico quodam mihi communicatum accepi, & adhuc penes me habeo: quem ille ipſe ipſiſsimus Scoppius non ſolum deſcribi curavit, verum etiam cui ſua manu omnibus nota hujuſmodi Titulum adſcripſit.* Diverſorum Poëtarum in Priapum luſus Virgilio hactenus in vulgatis libris adſcripti, cum Commentariis Gaſperis Scoppi Franci. *Quæ verba manu ejus exarata adſcripta ſunt. Illud prorſus intolerabile, quod ille improbus nebulo, quì ipſe, ut Noriberga accepi, è ſcorto militari natus, & vulgo quæſitus, patrem neſcio quem tandem invenit: cujus ſoror matris mores imitata vulgato corpore in dies quæſtum facit,* &c.

## Ex alius Germani Epiſtola.

*Si quis nebulonis natales ſcire cupit, adeat Neomarchiam Palatina-*

*tus*

*tus electoralis oppidum. Ibi diſcet ejus matrem & ſororem duo fuiſſe ſcorta militaria.*

---

## Alius cujuſdam epiſtola ad Ioſephum Scaligerum, in qua oſtenditur ſolo ſilentio ejuſmodi monſtra vindicanda eſſe.

*VIdi his diebus, vir Illuſtris Ioſephe Scaliger, ſcriptum prodigioſum paraſiti cujuſdam, quem Germania tulit, aluit aliquamdiu Italia. Quod cum non ſine horrore quodam legiſſem, cœpi cum amicis de eo agere, quorum nonnulli reſponſum tuum jam paratum eſſe dicebant, quo calumniarum auctori abunde ſatisfieret. Patieris me libere & pro candore tuo tecum agere: non credidi, quamvis & noviſſem homines, & de eorum fide nunquam*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

uam dubitaſſem. Veniebat enim in
nentem partim nobilitas, dignitas, &
præcipue magnitudo animi, quæ in ve-
ra familia tanta illuxit, quantam
oſt memoriam hominum nemo ulla
n gente illuxiſſe meminit: partim
urræ ipſius, quem Germani omnes
ovimus, improbitas, levitas, & abje-
a conditio. Quod ſi ſemel mendicis &
norionibus, libertatem tuam eman-
paris, vide ne tibi perpetuo exeden-
um ſit, quod ipſe intriſti. Et ſi in hoc
no generis veſtri majeſtas, & divina
um tua tum patris tui in literariam
emp. merita vertuntur, ut cum ve-
illonis filio in arenam deſcendas, ne
dem jure nautæ quoque Patavorum
r aurigæ, quoties iis viſum erit ali-
uid in familiam veſtram evomere,
ſponſum à te expectent. modo Lati-
a verba aliquot didicerint, aut tres
nnos Romæ famem patienter tule-
int. Quid enim, per Deum immorta-
m, in eo ſcripto eſt, quod non aucto-
rem

*rem ſuum jugulet, non de omnium judicio ſecurum te eſſe jubeat? Faciamus enim totam poſteritatem tam eſſe improbam quam eſt ipſe, cum quo ne Alaſtores quidem & Diræ conferri poſſunt, erunt tamen aliqui qui veritatem à mendacio, ſcripta ingenioſa & erudita, à frivolis, ineptis* καὶ ταυτολόγοις, *ea quæ unius hominis genium redoleant, & uniformia ſint, à multorum ſycophantarum, quibus quadruplator unus nomen ſuum commodavit, poſſint diſtinguere. Aut ſi tam infelix ſæculum expectamus, non video qua ratione abſolvendus ſis ipſe, qui tot eximia & præclara monumēta tua, quæ nihil humile, nihil plebejum ſpirant, poſterorum judiciis commiſeris. Quomodo parens tuus, cui cum mille anni & quingenti nihil ſimile, aut ſecundum tulerint, tam imprudens fuerit, ut in ſapientiæ ſtudio familiam ducere, quam veſpillo eſſe aut inſtitor maluerit. vel exuvias hoſtium*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*avertere & ſpolia, quam armaria amicorum clanculum expugnare. quæ ſine magno periculo fieri poſſunt tamen. Nam ſi credulitatem hominum & ſimplicitatem metuis, potes aliquem opponere ex eruditorum grege, quorum larga apud vos ſeges eſt, qui anteactam furis vitam, & facinora deſcribat: &, ſi neceſſe videatur, ad mendacia ejus & præcipue calumnias reſpondeat. Sed hoc modo, ut ſe dignum omnium contemptu potius quam ira cujuſquam videat. Quod ſi fiat, velim ex ipſius ſcriptis omnes calumnias, mendacia, opprobria colligi, quæ non tantum in homines cujuſcunque generis, ſed & in populos ſæpe integros evomuit. Vidiſti quomodo Germanos ſuos in libello de philoſophia Stoica exceperit, quid de tota gente dixerit, quid de aliis populis, quid de Caſaubono, Lipſio, Douſa, aliiſque hujus ſæculi præſtantiſſimis viris. Quanquam illos eo nomine felices exiſtimem.*

*mem. Equidem hominem Italum, virum & valde ſcriptis editis illuſtrem, & amicum olim illius novi, qui vehementiſſime excanduit quod ab eo laudatus eſſet: idque eo in libro, quo mendacius, ſcurrilius, ſtultius, putidius, ab orbe condito nihil prodiiſſe boni omnes affirmant. Quem ſi tanti putas, ut niſi à te refutetur, cuiquam honeſto viro poſſe placere exiſtimas, omnino falleris. Et ut illi magnam gloriam; ita tibi infamiam creabis. Nunquam enim, mihi crede, id majore cum exiſtimationis tuæ diſpendio facies, quam ſi eam nomini Scaligerorum injuriam inuſſeris, ut teſte orbe univerſo cum viliſſimo mancipio, & alienæ menſæ aſſecla concurras. Hoc enim vere eſt infimum omnium ſe fateri, ſuperiorem eo eſſe velle, infra quẽ viri probi nihil eſſe exiſtimant, & qui cum alieni nominis contumelia deſperationem ſuam conjungit. Menedemum ajunt philoſophum eo inſaniæ deveniſſe,*

*deveniſſe, ut Furiarum habitu publice per viam incederet : idem hic fecit. nam cum honeſtatem olim omnem exuerit, maledicentia nunc etiam & furore, omnia inferorum monſtra excedit, & ut verbo abſolvam, Cerberus vivorum eſt. Nam ut ille, ex opinione poëtarum, dites an pauperes, nobiles ſint an ignobiles, nihil penſi habet, quin promiſcue omnes allatret, ita iſte nemini omnino parcit, neminem eximium habet. Putabamus equidem cum primum ad nos allatus liber eſſet, neque ullam tantæ malevolentiæ cauſam inveniremus, hoc unum in te virulentiam nebulonis & furorem concitaſſe, quod à placitis majorum, ut vult ipſe, & ab ea quam Catholicam religionem vocant divortium feciſſes, ſed poſtea vidimus quomodo de Iureto optimo ac doctiſſimo viro & de nonnullis aliis loquatur: idque in eo libro, quem cum furto olim abſtuliſſet, nunc extincto poſſeſſore, dare in lucem*

*auſus eſt. Dubites majore ſcelere an vecordia. De ſocietate jeſu quomodo & ſcribere & loqui ſoleat, puto te non ignorare. Dominicatorũ nunquã ſine contumelia meminit. Circumferuntur hic ejus literæ, niſi nos amici fallunt, in quibus mores hujus pontificis & vitam tangit, quæ ſi in manus noſtras pervenerint, aut tecum aut cum omnibus communicabimus. Sed quid reliquum ad impudentiam fecit meretricis filius, qui ſenectutem tibi tanquam immane flagitium objicit? Vt videatur bene de carnificibus ſperare, qui ſi ſuum faciant officium, nunquam hoc objici illi poterit, quod reprehendere in te mavult, quam venerari. Annum puto octavum & ſexageſimum expleviſti: quo ille ſi perveniat unquam, næ divinæ lenitatis ac clementiæ novum extabit miraculum. Sed non tam ſera eſſe ſolet numinis vindicta: nec differre candidatos ſuos uſquequaque crux ſolet: cujus jus non perit ſed ad tempus differtur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

iſſertur. Paſſim jam nobilitatem uam jactare eum audio. Ita Dii faint, ut Germanis hoc ſcripto aliquo erſuadere conetur: nunquam enim btinebit, ut tacere amplius velint, qui bectatores hactenus potius ejus ameniæ, quam applauſores fuerunt. Non ebes dubitare, quin aut fames nebuonem extinctura ſit aut invidia, qua ullam eſſe pœnam graviorem recte à apientibus dictum eſt. Equidem homo ninime ſum vehemens, neque ex iis ortaſſe, qui maxime iſtud prodigium derunt (nullo enim aut dicto aut fato exiſtimationem meam læſit hacteius) ſed cum non minorem eſſe ejus gnorantiam & ſtuporem videam, uam eſt furor & vecordia, ſuadere lli nō dubitarem, quod & Stoici illius acerent, ut vivendi tædium lucrifaceet, & de reſte cogitaret. Magna enim rbem terrarum neceſſitate abſolveet, in quo nemo doctior eo eſſe aut meior poterit, niſi qui improbitatem ejus



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*& virulentam linguæ intemperiem volet experiri, & qui è memoria ſcelerum ac conſcientiæ illius deprompta convicia atque opprobria pati volet. Ipſius tamen ut mature hoc fiat maxime arbitror referre, niſi quavis morte acerbiorum vitam, & ineffabiles animi cruciatus, quibus nullum aliud remedium paratum eſt, velit ſufferre. Quoties enim ullum gentis Scaligeræ veſtigium uſquam videbit, quoties ullum cœleſtis ingenii tui monumentum aut legetur, aut in poſterum prodibit, toties improbitati ſuæ, & livori pœnas dabit. Quod ſi graviſſimi illi è porticu philoſophi, mulierculæ interdum alicujus cauſa quam impotenter depereas, aut ne in manus hoſtium devenias,* τὴν αὐτοχειρίαν *permittunt, facile ab iis veniam impetrabit, qui ne perpetuo ſit miſer, laquei beneficium amplectetur, & præclarum illum ſpiritum, reſte trium obolorum obſtringet. Te vero vehementer miror, ſi, cum tot male-*

malevolos, lividos, perverſos, impro-
bos, indoctos homines virtute tua &
parentis tui in te concitaris, ut cum
magno Pompeio non piratarum ſed
ſceleſtorum hominum ſcopulus vere di-
ci poſsis, unius mercenarii ſycophantæ,
quem proſtibulum militare evomuit,
quæ cum mater ejus eſſet, nondum
cujuſquam uxor erat, latratum & in-
temperiem ferre non poſsis. Si reſpon-
dendum illi homini putaris, qui priuſ-
quam tibi malediceret, fur & plagia-
rius erat, neque cauſam cur viveret,
adferre poterat, præter lenitatem iu-
dicis & clementiam. Nunc quoque ut
fortiter hoc facias, nuncio tibi quæ
de Veronenſi epiſcopo ſcribit, mera
mendacia eſſe: quem, ut ex amico meo
nuper intellexi, nunquam convenit.
Præter diabolica convitia, in toto li-
bro nihil veri eſt: quem ab eo editum
eſſe puto ut experiretur, quantum fer-
re homines poſsint, & humanam pa-
tientiam laceſſeret. Nemo tā addictus

*ei unquam fuit, quin ſi literas Giphanii legerit, vera eſſe ſciat quæ à nobis dicuntur. Et jam ſunt in manibus typographorum ejuſdem viri poſthumi de lingua Latina commentarii, brevi Francofurti aut Hagenoæ edendi : in quibus de domeſtico fure ſuo ſæpe conqueritur. Statui ſimpliciter tibi exponere quod ſentio. Multum & tibi & parenti tuo es diſſimilis, ſi placere improbis quam maledicentiam eorum ferre mavis : ſi virtutem optas relinquere, ut in contemtum bonorum potius incurras, quam ſceleſtorum injurias forti animo contemnas. Velis nolis hæc tibi adverſaria propoſita eſt: hac mercede heros maxime prodeſſe omnibus cœpiſti. Ita natus es, ut obſcurus eſſe non poſſis : ita vixiſti, ut cætera omnia magis quam nobilitatem in te admirentur, qui hanc ipſam in te ferre non poſſunt. Animus ſupra fortunam, magna & excelſa indoles, ea in ſcribendo majeſtas, quæ in paucorum imperiis elucet.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*elucet. Quibus rebus illud conſecutus es, ut neminem benevolum habeas quam qui probus eſt: nemo virtutes tuas æquo animo admittat, quam qui magnis quoque ſed tamen minoribus inſtructus eſt. Aut ſi nondum expugnare modeſtiam tuam poſſumus, ad invidiam eamus. Tunc literulas eas, quas hactenus tractaſti meruiſſe hoc putas aut ſcientiam? Vehemẽter erras. Diſciplinæ quoque ipſæ cauſa tua male audiunt, de quibus tam bene meruiſti: & qui te odiſſe ſatis non poſſunt, ita potiſſimum ſibi ſatisfacere videntur, ſi prius literas quoque oderint. Novitius ille è culina ſophiſtes qui in te debacchatus eſt, omne antiquitatis ſtudium condemnat, aſtrologiam tanquã ſupervacuam irridet, in poëſin univerſam tanquam illiberalem inſaniam erumpit: & ſi ſcire poſſet quantos in civili olim jure progreſſus feciſſes, actum quoque de Papiniano eſſet aut Trebatio. Equidem Vrſini, Ciacconii, Augu-*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*ſtini manes eſſe iratos tibi non dubito: qui poſtquam tu quoque in iiſdem literis verſari cœpiſti, nunquam effugient quin Grammatici dicantur, cum ne milleſimam tamen artium illarum partem attigerint, quas in te eſſe omnes fatentur. Atqui ante te natum nemo hæc putavit unquam. Matheſi, literis, poëſi ſua dignitas conſtabat: in quibus niſi nomen conſecutus eſſet Ioſephus Scaliger, bene jam de iis ſentiret vir illuſtris Gaſperus Scioppius. Quem quidem hominem quandiu à ſcriniis tuis & loculis arcere poteris, parum tibi metuendum judico. Fremat enim licet, terram cœlo miſceat, Burdones, Bordonos, & Bordonios fabricet, omnes undique ſycophantas vectigales ſceleri ſuo habeat, nunquam tanto tibi ejus maledicentia conſtabit, quanto Giphanio ejus familiaritas ſtetit. Vale vir Illuſtris & nos ama. Hamburgi* CIↃ IↃCVIII. VI. *Mar.*

*AD*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

## Ad Lectorem.

MOnendus es Lector in ſuperiori editione hujus libelli Noribergam pro Amberga uno & altero loco, poſitam fuiſſe: neque enim Noribergenſem, verum Ambergenſem fiſcum pater Veſpillonidæ avertit: ut ex Satira apparet. Hoc volebam: ne quis de nebulone impuriſſimo falſum à nobis quicquam ſcriptum exiſtimet, cum vera multa dici poſſint, quæ ſunt prætermiſſa.

FINIS.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

## *In illuſtrem virum,* GASPEREM SCIOPPIVM, Veſpillonidem.

### Ex Dominici Baudii jambis nondum editis.

*TEnebricoſe Ditis ac Terræ nepos*
*Quid cum cygnorum rege congredi furis,*
*Tantoq; dignus hoſte vis videriet?*
*Pone hanc ſuperbe noctuine gloriam,*
*Demitte criſtas, neu tibi elatos metus*
*Aut finge demens, aut laceſſe callidus.*
*Non vapulabis hoc flagello, non capit*
*Poſtrema ſors bubonis ignavi ut cadat*
*Pæanis arcu. vana cura te coquit,*
*Vana aura tollit. ſi quid humani ſapis,*
*Scintilla ſi qua mentis eſt in te bonæ,*
*Crucem ſepulchro deliges tibi, & gravem*
*Nemeſin piabis ipſe carnifex tui.*
*Vel optionem ſume lictoris manum*

Qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*Qui te nocentem viperis atrocius*
*Hac luce privet. nam quod exſpectes uti*
*Fatale telum ſtringat in te Scaliger,*
*Stando peribis irritus magnæ ſpei.*
*Taurum culex non urit, armiger Iovis*
*Non acuit ungues, vim nec exſerit ſuam*
*Imbelle contra, ac vile fucorum pecus.*
*An inquinaret ſterquilinio manum*
*Vir mactus omni laude, ſæculi decus,*
*Princeps ſenator litterariæ rei,*
*Cui Phœbus ipſe aſſurgit, & faſces ſuos*
*Submittit omnis eruditorum chorus:*
*Quem tu priuſquam verſus in furiam fores*
*Sanctè colebas inſtar humani Iovis?*
*Non tam ſibi eſt iratus, aut famæ ſuæ*
*Contemptor ut ſe miſceat tali luto.*
*Sed forſan implet pectus arrogantiæ*
*Parens uterque: publicæ libidinis*
*Sequeſtra mater, quæ negare nemini*
*Suſtinuit unquam floris uſuram ſui.*
*Tum nata, poſtquam tempus atque ætas tulit,*

Haud

*Haud tarda laudes matris inſtitit ſequi*
*Veneris ſatelles, & Salaciæ cliens,*
*Sororque fratre digna. ſed longe ſuos*
*Præcellit omnes, & trecentis millibus*
*Antiſtat unus ille veſpillo pater,*
*Qui mortuorum crura frangit, ut manum*
*Aptet palæſtræ Brutiani muneris,*
*Ac lictor ex linctore fiat, hic honos,*
*Hæc meta voti tentat heroem virum.*
*Hoc genere clarus, hac propagine inclytus*
*Lavernæ alumnus, ſemen invictum Iovis*
*Deripere cœlo ſudat, ut noris ſatum*
*Tellure matre germen infeſtum diis.*
*Sed quid furore mentis exſenſo ruens*
*Contra coruſcum ſolis exorti jubar*
*Stygis propago poſſet? ô fur, ô ſcelus,*
*O fœda labes, ſæculique incommodum,*
*Quin hinc abis in ſola terrarum ſola*
*Furiale monſtrum, cui malum par haud parit*

*Extrema*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*Extrema gens unde exul eſt humanitas?*
*Quid amplius moraris, & ceſſas mori*
*Terræ piaclum? qnid juvare te poteſt*
*Fœdata cunctis vita probrorum notis?*
*Imò uſque vivas, & domeſticam crucem*
*Sub corde ſerves, ut novis doloribus*
*Diu pereſus lucis inviſæ moras*
*Palàm exſecrere, & ſumma voti ſit mori.*

Typogra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

# Typographus Lectori.

*AMice Lector, cum interpretatio quorundam quæ in Satiris occurrerent, ac minus à tyronibus intelligerentur, quotidie à nobis flagitaretur, ex parte patuimus: breves enim annotatiunculas ſubjecimus, quibus ſi non omnia, pleraque certe clariora erunt: reliqua lector aut à nobis expectabit, aut ab aliis: qui fortaſſe juſto commentario omnia perſequentur. Nobis certe plus præſtare per nundinas, quæ inſtabant, imo vix hoc ipſum licuit.*

P.3. *hoc eſt ſi Chryſippo credimus*] id genus enim ineptiis Logica Chryſippi conſtabat, *Si dies eſt ergo nox non eſt, Si nox eſt ergo dies non eſt.*

P.4. *Argi-*

P. 4. *Argiphonta*] ita enim ab Argo quē interfecerat, perpetuo ab Homero dicitur Mercurius.

P. 7. *Chryſippum inter amphoras expiraſſe*] cum enim à diſcipulis, teſte Laërtio, ad ſacrificium eſſet vocatus, hauſto ibi mero dulci, expiravit.

Ibid. *amorbiten*] Placentæ genus apud Siculos, teſte Athenæo lib.14.

P. 12. ῥητορεία *ranarum*] ita enim M. Tullius coaxationem ranarum lepide vocavit, voce à clamore rhetorum deſumpta.

Ibid. *trechedipna*] veſtes cœnatorias, ac præcipue quibus paraſiti utebantur. Iuven.

P. 22. *Et bonum quidem*] Sequētia omnia è Stoicorum decretis ſunt petenda: ſine quibus ratio alluſionum & venuſtatis percipi non poteſt.

P.13. τὰ ἐφ' ἡμῖν καὶ τὰ &c.]

Ita

Ita dicebantur quæ aut in poteſtate noſtra eſſent, aut non eſſent. de quibus multa Stoici, ac præcipue Epictetus.

P.16. Ὅττι τοι] Alluſum ad illud Socratis, qui dicebat propriũ ſapiẽtis eſſe videre, Ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται: quo ſignificabat nõ naturalẽ ſed ethicã philoſophiam eſſe vere ſapiẽtis, quæ ſpectat quid recte quid cõtra domi fiat à ſingulis

Ibid. *matres enim alias*] Alluſum ad notiſſimum Heſiodi verſiculum, Ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ. quo ſignificat, diem aliam novercam, id eſt, infelicẽ, aliam matrem, id eſt, felicem eſſe.

P.17. *Oniropolicen*] diſciplinã qua ex ſomniis futura conjiciuntur.

P.18. *Eclecticorum*] Ita dicebantur philoſophi quidã, qui nõ certam aliquam ſectam ſequebantur, ſed

ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ex omnibus potiſſima ſeligebant.

P. 20. *ad obbam accederet*] Poculi genus apud Varronē, Non. Perſ.

P.21.*tropica hæc*] hanc mutationem. Petron.

P. 22. *ſyllaba enim major eſt*] Scioppius pro Schoppio dictus.

P.23. *Aſxιon* &c.] Epheſiorum literæ, quibus utebantur, qui magnum aliquid efficere cogitabant. Vide Heſych. Clement. parœmiographum. apud quos etiā interpretat. ſingulorum invenies.

P.25. *ſpinturnicium quidem* &c.] Plaut. Mili. *Pithecium hæc eſt præ illa & ſpinturnicium*, 1. e. deformis *Pithecium* enim ſimiola, ſpinturnix autem avis eſt infauſta: unde *ſpinturnicium* in diminutione.

P.30. *decaënneaëterida*] Cēſorinus cap. 18. *Præterea ſunt anni magni cō-plures, ut Metonicus quē Meton Athenienſis ex annis undeviginti cōſtituit, eoque decaënneaëteris appellatur*, &c.

P.33.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

P.33. *è pluribus*] è mortuis. quos familiari euphemiſmo ita Græci vocant.

Ibid. *emetica*] vomitoria.

P.35. *Amæa, inquit, Azeſiam invenit*] Proverbium uſitatum, cum id quod cupide quæſitum ab aliquo fuit, inventum ſignificamus. Vt cum Ceres Proſerpinam invenit: quæ à Trœzeniis Amæa, ut Grammatici notant, dicebatur, ſicut Azeſia Proſerpina.

P.36. *in terris morabantur*] Alluſum ad Neronis dictum, qui morati deſiiſſe in vivis Claudium dicebat, cum obiiſſet, prima producta, i. e. *fatuum agere.*

P.37. *Iſthmum, inquit, ſinapi momordit*] Proverbium quod de alicujus auſteritate & ſævitia uſurpatur. Iſthmus enim ſunt fauces, vel ea pars quæ os & gulam interjacet, quam ſinapi offendi conſtat.

P.38. *ut*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

P.38.*ut è vulpione*] vafro homine.

Ibid. *eluco*] nugatorio homine.

P.47. *Othonem alterum*] L. Roſcius enim Otho legem Roſciam theatralem tulit, qua equites à plebe in theatris diſtinguebantur. & pro dignitate ſedebant.

P. 48. *Quin & Ithyphallica & Phallagogia & Baubonis ſacra*, &c.] Sacra notiſſima, quæ cum obſcenitate verborum, celebrari ſolebant: de quibus videndi, qui de ſacris antiquorum ſcripſerunt.

P.53. *Llienſis tragœdos conduxerit*] De iis qui malum ſibi creant ipſi: ut ſi Ilienſis aliquis aut Trojanus hiſtrionem accerſeret, è quo mala ſua denuo audiret.

Ibid. *Vbi Porciæ, ubi Semproniæ leges eſſent*] Porcia lex, quam tulit M. Porcius Tribunus plebis, *Ne quis magiſtratus civem Romanum virgis cæderet, necaretve, ſed damnato exilium permitteret.* quam ſecutæ

Sem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Semproniæ à C. Sẽpronio Graccho tribuno plebis latæ, *Ne de capite civis Romani injuſſu populi judicaretur*, &c.

P.54. κοιλιοδαίμονες] Paraſiti & homines quibus deus eſt venter.

P.56. *ut cum Epicuro olim tuo aliquid exclamem*] Talium enim exclamationum plena erant Epicuri ſcripta, quas ille ἱερὰ ἀνακραυγάσματα dicebat.

P.57. *Tarteſſiæ murænæ, & Tithraſiæ Gorgones*] vide Ranas Ariſtoph.

Ibid. ὅση κόνις] pulveris inſtar, vel tam multa ut pulverem æquare viderentur.

P.10. ἐθηριώθης] efferari cœpiſti.

Ibid. ἐμβρόντητος] & qui tonitru percuſſus eſt, & qui inſanit.

P.59. *Ocymum & maluam*] Herbas viliſſimas.

P. 62. *ac madulſam*] ebrium. Plaut. vide Feſtum.

Ibid.

Ibid. *Solonis Tello beatior*] De felicitatè Telli & Solone videndus Herodot. lib.1.

P. 64. *poliorceten*] urbium obſeſſorem.

P. 68. *Melanthii pœna*] cui apud Homerum pudēda cum teſtibus eruūtur à Telemacho & Eumæo, ac canibus objiciuntur. Odyſ. X.

P. 71. *Quirinalia produxit*] Quirinalia enī feſta erāt, quæ Quirino. i. e. Romulo celebrabantur. quo die etiā ſtultorum feriæ agebātur. Vnde Quirinalia feriæ ſtultorum dicebantur. Vide Feſt. Paul. alios.

P. 73. *Farctum ex ſycophanta facere potuiſſet*] Alluſum ad Plaut. illud, *Quæ miſera geſtit farctum facere ex hoſtibus*. i. e. *in fruſta diſſecare*.

P. 74. *ad exemplum Hermarum*] Hermæ enim ſtatuæ quadratæ erant, ſine manibus & pedibus: quales multæ apud Athenienſes in viis paſſim erigebantur.

P. 79. *nun-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

P. 79. *nundinale ſacrum*] quod nono celebraretur die.

P. 81. *Laneos profecto pedes Dii habent*] de tarda ac certa tamen Deorum vindicta uſurpatum.

P. 84. *runcinæ apponuntur, aſciæ, ac torni*] notiſſima fabrorum inſtrumenta.

P. 91. *per* XII. *tabularum leges*] Lex notiſſima eſt: *Mulieres genas ne radunto, neve leſſum funeris ergo habento.*

P. 92. *Pedanei patres*] quos & *pedarios* dicebant, qui verbis in ſenatu ſententiam non dicerent, ſed pedibus in alienam irent. Reliquas opin. vide apud Gell. & juriſc. qui tamen Gellius lib. 3. cap. 18. pedaneos pro pedariis barbare dici fruſtra ſecutus opinionem ſuam, notat. Nam apud quos vocem pedanei, ſive judicis ſive ſenatoris, niſi ſe antiquiores invenit, ac præcipue juriſc. Vide de

de Pedan. Iud. Alciat. lib. 1. Parerg. cap. 41. & alios.

## *In Virgula Divina.*

P. 97. *Femur aureum Pythagoræ*] de quo præter alios multos Iamb. De Pyth. vita. cap. 19.

Ibid. *Abaridis ſagittas*] vide eundem ibidem, præter alios, de admirabili Abaridis ſagitta.

Ibid. *Epimenidis ſoporem*] quinquaginta ſeptem annorum. Vide in ejus vita Laërtium.

Ibid. *Ariſtea Proconneſio*] De qua Herodotus, Ttetzes in chiliad. alii

P. 107. *& jam frigutire credo cœperat*] Plautus Caſ. *Nam quid frigutis? quid iſtuc tam cupide petis?* Nonius interpretatur *cum ſono ſubſilire*, quod faciunt qui cupide aliquid petunt.

P. 109. *lege curiata imperium evenerat*] Nam lege curiata impe-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

rium deferebatur: de ea autem conſulendi ſunt rei militaris ſcriptores. Inter alios Valter. lib. 2. cap. 1.

P. 112. *Plane ut ad Cannas à Pœno pugnatum eſt*] Vide Liv. lib. XXII.

P. 112. *ſingulas haſtatorum*] ut hæc recte intelligantur conſulendi ſunt qui de re militari & inſtruenda acie ſcripſerunt.

Ibid. Plato *τραπεζότητα dixiſſet*] Ita enim rerum ſingularum ideas Plato vocabat: mēſæ, id eſt, τραπέζης, τραπεζότητα, cyathi, id eſt κυάθου, κυαθότητα. Laërt. Diog.

Ibid. *Poſtquam impetritum atque inauguratum eſſe videt*] Plaut. Aſin. *Impetritum, inauguratum eſt.* Sunt autem auguralia vocabula: quaſi dicas, *Poſtquam impetratum, & augurium actum vel conſultum eſſe videt.*

P. 113.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

P.113. *Propter quem*] Accii verſus.

P.114. *E Solonis legibus id ſciri poſſe*] qui Gallorum pugnas cives ſuos, mulcta publice indicta, ſpectare jubebat.

P.115. *quorum animas eſſe immortales Plato, &c.*] quia Plato iis terminis immortalitatem animæ interdũ probat, qui gallinis galliſq; ac reliquis cum homine animalibus communes eſſe poſſint.

Ibid. *cui ſi credendũ ſit*] Nota enim eſt opinio Pythagoræ etiam tyronibus, de anima poſt obitũ, quæ in varia corpora transfertur; idq; tam brutorum quam hominum.

P.119. *Sp. Carvilius Ruga*] qui divortium primus Romæ fecit: hic vero ad cognomẽ Rugæ alluſum.

P. 121. *hyſtrices*] Nota tormentorum inſtrumenta.

P.126. *Alium quendã Romæ natum eſſe, qui &c.*] Alluſum ad mẽdacia de Burdone & Burdonibus: de



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

quibus vide lib. in qua fabula illa confutatur, quem hic habes.

P.126.*tempus aliquando fore, cum Dii ipſi una cum hoc orbe conflagrarent*] Alluſum ad conflagrationem ſive exuſtionem, aut ἐκπύρωσιν (ita enim vocant) Stoicorum: qui terram univerſam ac cœlum cum Diis ipſis hac periturum putabant. Sen. Herc. Oeteo clarius reliquis:

*Cœli regia concidet,*
*Certos atque obitus trahet,*
*Atque omnes pariter Deos*
*Perdet mors aliqua & chaos.*

P.128.*Domi mendacia ſubducit*] Alluſum ad ſceleſtiſſimum librum, in quo mendacia Scaligeri putide & ridicule ſubducit autor.

P.129.Ἥκω νεκρῶν, &c.] Parodia principii Hecubæ Euripidis.

Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας

Λιπὼν, ἵν᾽ ᾅδης χωρὶς ᾤκισται
θεῶν,
Πολύδωρος Ἑκάβης παῖς γε-
γὼς τῆς Κισσέως.

id eſt,

*Adſum profundis mortuorũ ſedibus*
*Vbi remotus à Diis Pluto ſedet,*
*Polydorus Hecubæ filius Ciſſeïdis.*

P.131. *patellarios*] Ita Dii minores dicebãtur, quibus in patella libabatur, nõ magna ſacrificia fiebãt, teſte Turneb. Adverſ. lib. 6. cap. 7.

P.132. *thiaſotes*] Græcorum more, qui in eodem opere verſatur.

P.133. *longurionem*] procerum hominem cum Varrone.

Ibid. ἓν διὰ δυοῖν Alluſum ad notiſſimum ſchema Rhetorum, cum res una tanquã duo effertur.

Hæc in tyronum gratiam ſint dicta, quibus mediocriter docti opus non habent.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

# IN SATIRIS emenda.

14. *evertat.* 30. *decaënneaëterida.* 32. *incipit.* 55. *&.* 107. *frigutire.* 125. *eveniſſe ferebantur.* 131. *aliquid.*

Poſteriorem libellum relegere non poteramus : ſi quid ſit in eo commiſſum, lector aut per ſe, aut è ſuperiore editione emendabit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

# ISAACI CASAVBONI Epiſtola, AD GEORGIVM MICHAELEM LINGELSHEMIVM.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

# ISAACI CASAVBONI EPISTOLA, AD GEORGIVM MICHAELEM LINGELSHEMIVM in qua

*De nupero quodam Scioppi libello agitur.*

VIDI tandem infames ſtrenas nebulonis infamis, de quibus ad me paullo antè ſcripſeras, præſtantiſſime LINGELSHEMI. Vidi, & paucas paginas delibavi, avidus cognoſcendi quid ſibi peſtis illa jam vellet; ecquem poſt illuſtriſſ. heroëm IOSEPHVM SCALIGERVM, cœlis dudum receptum,



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

rabioſis ſuis latratibus, canis impurus ſibi delegiſſet invadendum. Pergit nimirum Alaſtor in ſuſcepto ſemel ſcelere. mutavit adverſarium, non mutavit ingenium: eadem væcordia, idem furor. Qui doctrinæ, virtuti, pietati in SCALIGERO bellum indixit, oppugnare eaſdem ne nunc quidem ceſſat, neque porrò ceſſabit, me vide. γελοῖον eſt hoc πάθος. Deum deſerere tum cepit, cum veritati ὁμόσε χωρεῖν cepit. Noſti vocem terribilem; ὁ ἀδικῶν ἀδικησάτω ἔτι, ὁ ῥυπῶν, ῥυπωσάτω ἔτι. Quod quidem miſer iſte veſpillonis filius ſtrenue nunc facit. contra ſcientiam enim ſuam, contra conſcientiam, (ſi tamen reſtat illi jam aliquid veræ conſcientiæ) veritatem conatur opprimere; & alia quidem fortaſſe impulſus mercede; ſed nullus

dubito

dubito præcipuam illi mercedem eſſe ſceleris, ſcelus ipſum. Solet læſa veritas ab oſoribus ſuis has primum pœnas expetere: ut qui ſemel ad ſe oppugnandam certo conſilio animum appulit; poſtea ne ſi velit quidem redire cum ipſa in gratiam queat. Pauciſſimis, quos Deus æquus amavit, ex illo barathro datur emergere. Nam ubi ſemel ἄγος eſt contractum, gliſcit malum in dies, neq; prius deſinit, quàm ad ultimam impudentiæ atque ἀπονοίας lineam ſit perventum. Furere tum miſeri, & diro agitati œſtro ad exſcindendum ipſum veritatis nomen, ſi poſſent, totis viribus, cœco impetu ferri. Vidit noſtra hæc ætas eius væcordiæ exempla aliquot illuſtria. Sed ex omnibus nullum illuſtrius, quàm quod in veſpillonis filio videmus jam edi. Vt canis rabioſus vagans huc illuc ob-

vios

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

vios mordet, ac veneno ſuo inficit: ſic iſte furore quodam Cerbereo οἰστρηλατούμενος, bonos quærit, in quos virus evomat ſuum: nõ adeo hominum ductus odio, à quibus nulla unquam injuria, ne minima quidem fuit laceſſitus: ſed virtutis ipſius, atque veritatis, quas extinctas quum cupiat, bellumq; illis ἄσπονδον indixerit; earundem cultores pro inimicis habet. Primus illius impetus fuit ante aliquot annos adverſus Iosephvm Scaligervm vitæ innocentiſſimæ virum, & de Republica literaria ſic excellenter meritum, tanto patre prognatum, tam illuſtribus maioribus, ut etiam privatas ſimultates, ſi quæ interceſſiſſent, tantis in literas & univerſum genus humanum meritis fuerint condonandæ. Dedit quidem, dedit nebulo pœnas iuſtiſſimas ſuæ illius immanitatis:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

manitatis:notis infamiæ propterea inuſtus, quas nulla unquam delebit ætas. Sed ſunt ingenia quædam adeo ſiniſtra, ut ſua ipſos oblectet infamia. Igitur SCALIGERO ſuccedit Nobiliſſimus PLESSÆVS; quicum ſic agit filius iſte Belial, ut miſerationem illius potius quam iram videatur excitaturus. nam quis homini οἰστροπλῆγι, non ſuæ ſpontis, ſed certiſſime inſanienti iraſcatur? æger animi eſt, oculis mentis non utitur, rationis uſum morbi vis eripuit, quis non miſeretur? Sereniſſimus certe Magnæ BRITANNIÆ REX, cognito ſuum quoque nomen à veſpillonis filio eſſe uſurpatum, & chartis ſuis inſertũ, belluæ illius væſaniam demiratus, & ſæculi licẽtiam deteſtatus, qua abutẽs hic ſceleſtus, genimen viperarum, fœtor orbis, ſpurcitia ſæculi, tantum audet; ubi paucis

obiter

obiter inſpectis pagellis genium ſcriptoris, & ſcriptionis genus cognovit; *Omittamus*, iniquit, *palàm furentem: neque enim meretur, qui talia ſcribit, ut ulla vel minima ipſius habeatur ratio. Medicina miſer opus habet, ſed violenta.*

——οὐ γὰρ πρέπει
Θροεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι
πήματι.

ſimul infames libellos abiiciens, conſpectu ſuo poſthac ſe quicquam unquam fore dignaturum negavit, quod ab illa Strige, & mendaciorum cloaca eſſet profectum. Enimvero etſi veritati magniſque virtutibus plerique hominum parum ſunt æqui. non tamen ita male cum humano genere agitur, ut metuere tantus Rex debeat, ne aliquid gloriæ Maieſtati ſuæ, vilis adeo homuncio, bipedum poſtremiſſimus, perdi-

perditorum perditiſſimus, detrahat. Scribat filius veſpillonis, dicat, agat quicquid furor & inſita animo θηριωδία ſuaſerit. Regis maximi & ſapientiſſimi addam etiam doctiſſimi fama in tuto eſt: nullis canum latratibus, nullis viperarum morſibus obnoxia. Sublime tãti Principis faſtigium, & veſpillonis filii, tot præſertim criminibus infamati, proiectiſſima vilitas maiore diſiunguntur intervallo, quam ut iacta ab iſto tela ad Regis Maieſtatem poſſint pertingere. Erat facile Regi è corona doctiſſimorum hominum, qua ſolet Maieſtas eius cingi, aliquem deligere, cui reſpondendi munus demandaret. verum hoc ille adeo non fecit, ut affirmare auſim, nunquam Rege auctore ſimile quid quenquam fore aggreſſurum. mendacia mera ſunt, meræ ſycophantiæ, aut nugæ

certe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

certe meræ, quicquid ſcribit
ὁ Κρονοχυτροληρολόγος νεκρο-
θάπτου υἱός. Quid igitur reſpon-
ſione ulla opus? Ne nos quidem,
nobiliſſime LINGELSHEMI, ma-
ledicentiſſimi hominis convitiis
movemur, quæ plena manu in
nos effudit. redeat in caput au-
ctoris maledictum neceſſe eſt,
quod generoſo animo fuerit ſpre-
tum. Sit Deo gratia, non veremur
nos ne quis aut generis ſordes,
aut iuventutem per flagitia tran-
ſactam vere poſſit nobis obiicere.
Parentibus nati ſumus quorum
excellentiſſimam pietatem, pro-
bitatem, & prudentiam, ne nunc
quidem ſatis poſſumus admirari.
Inter bellorum civilium furores
nati, ſtudio optimi parentis (qui
iuvenis Burdigalæ præceptoribus
erat uſus Gelida, Goveano, Mu-
reto ſummis eorum temporum
viris) in literis inſtituti, quum
ille

ille viveret ſemper in negotiis publicis occupatiſſimus, maximamque temporis partem domo abeſſe cogeretur; profecimus ſcilicet non quantum aut pius parens optabat, aut ego vellem; ſed quantum per temporum iniquitatem fieri poterat. Longum facerem, vir ampliſſime, ſi totam ſtudiorum meorum rationem, & impedimenta, quæ meum iuvenis curſum remorata ſunt, inſtituerem tibi hoc loco narrare: etſi vere poſſum ἐν Κυρίῳ gloriari, mereri patris mei abſolutam virtutem & exquiſitam eruditionē, ut cognoſcatur eius vita: quod quidem ſi ambitioſus eſſem iam pridem per me oportuit eſſe præſtitum. Quum igitur Therſitæ ſtius maledicentiam, Dei virtute, poſſimus iure contemnere; inſignitam iniuriam quam fecit nobis, tacere non poſſumus, nec debemus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

debemus. Nactus enim epiſtolam quam ad magnum SCALIGERVM pro mutua coniunctione noſtra aliquando ſcripſimus, proſtituti pudoris nebulo nobis inconſultis partem illius edidit. Non cogitavit Alaſtor, epiſtolam alienam proferre ſe non poſſe, quin furti manifeſti, & quidem turpiſſimi, reum ſeſe ipſe perageret. Nam unde habet? quis illi dedit? aut quid furtum eſt aliud, niſi alienæ rei invito domino tractatio? Didiceram ex graviſſimorum ſcriptis ſelem hanc librariam viri clariſſimi OBERTI GIFANII ſcrinia olim in iuventute ſua nefarie compilaſſe. Nunc prodit ſe indicio ſuo ſorex. Fur igitur eſt iſte furcifer, & quidem in maximè infami furti genere ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehenſus. Literæ ad familiares ſcriptæ, juris publici non ſunt, privati juris, privatæ poſſeſ-
ſionis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ſionis ſunt. Itaque olim quum inter paganos Græcos & Romanos virtus vigeret, quam in falſis Christianis cogimur hodie deſiderare, magni duces captas ſuorum hoſtium literas inſpicere noluerunt. rectè. Nam qui jus literarum violat, jus gentium violat, humanæ totius ſocietatis jura conturbat. Sceleſtus igitur eſt, ἐναγὴς & piaculiaris:

Ἀφρήτωρ ἀθέμιστος, ἀνέστιός
ἐστιν ἐκεῖνος.

Ad tantum ſcelus accedit belluæ iſtius incredibilis ignorantia. Et audet homo væcors agere mentis meæ interpretem? qui priuſquam mea verba interpretetur, hoc eſt, ſuis ſpurcitiis contaminet, turpi flagitio illa corrumpit: ſive ea ſimplex ignorantia eſt, Græcarum præſertim literarum, ſive malitia plus quam diabolica.

Scripſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Scripſeram ſic: *Nunc ea acciderunt quæ veriſſime dictum arguant à divino vate.* τοῖον εἶναι νόον ἀνθρώποισιν, οἷον ἐπ᾽ ἦμαρ ἄγει θεός. iſte aſinus ita poſtrema verba deſcripſit οἷον ἐφ᾽ ἡμᾶς ἄνει θεός. vertit autem, *qualem Deus nobis immittit.* En qualem nactus ſum interpretem ! & audebit de meis ſcriptis tanquam novus Ariſtarchus, pronuntiare, qui nullius ope Lexici (nam inde ſapit miſer & totus pendet) verſum Homericum in ſubitanea ſcriptione mihi uſurpatum, potuit intelligere ? Si quam habet tagacem dexteram in ſublegendis rebus alienis, tam haberet exercitatum in Græcis ſcriptoribus pervolutandis, non ignoraſſet reſpexiſſe me, cum epiſtolam illam more meo ſubito effunderem, ad divinos Poëtæ verſus. Ὀδυσσ. σ.

Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγησι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

civiſſet tanti veteres feciſſe hunc ocum, ut Archilochus, cujus lias quoque ex Homero κλοπὰς otat Clemens in ſexto Miſcel- aneorum ſuorum, pulcherrime t illum ſic imitatus.

Τοῖος γὰρ ἀνθρώποισι θυμὸς Γλαῦκε Λεπτίνεω παῖ
Θνητοῖς, ὁκοίην Ζεὺς ἐφ' ἡμέρην ἄγει.

lenique ſi melioris literaturæ guſtum aliquem haberet, præci- ua totius ſententiæ verba ἦμαρ & ἄγει non adeo fœde corrum- pens à Poëtæ mente & mea ſen- entia aberraſſet. Verè quidem dictum Apoſtolo, dona Dei eſſe ἀμεταμέλητα, neque Deum un- quam

quã pœnitere ſuæ erga mortales liberalitatis, ſed hoc in bene utentibus præcipue verum apparet. Docet namque uſus, eum qui hodie fortiſſime ſe geſſerit, die craſtino fieri poſſe ignavum, & idem eſt in cæteris Dei χαρίσμασιν. Homerus igitur naturalis lucis ductum ſecutus, divinitus monet, non debere aliquem propter quaſcunque ingenij, corporis vel fortunæ dotes ſuperbire: hominem enim tantum poſſe, quantum illi Deus in dies ſingulos bonæ mentis & auxilij ſui ſuggerat. divina prorſus ſententia, & non minus digna quam poſteri imitarentur, & memoriæ mandarent, quàm indigna quæ ab imperito nebulone corrumperetur. Vertit eam olim Tullius in Latinum ſermonem; ſed ita ut genuina mens Poëtæ ex eius verſione non ſatis appareat. Beatus

Auguſtinus de civitate Dei lib. v. ap. VIII. *Illi quoque verſus Homerici uic ſententiæ de fato ſuffragantur,* quos Cicero in Latinum vertit:

*Tales ſunt hominum mentes qualis pater ipſe*
*Iuppiter auctiferus luſtravit lumine terras.*

Minus miror iſtorum in extrema piſtola verborum οἱ μὲν γὰρ τὰ ράμματα ὀ μανθάνουσιν, οἱ δ' π' ἀριστερὰ μανθάνουσιν, aut non idiſſe iſtum mentem, qui eſt ilius ſtupor; aut exprimere noluſſe, qua malitiâ eſt. Apage ergo llas gloſſas impuras quibus mea erba inquinat magiſter artis caumniatricis: apage item illas fauas conſequentias, quas malus ogicus ex iiſdem elicit. Ego taem conjectorem nihil moror. eſt mihi frons aperta, pectus niveum, & candidum. Abeat Mor-

boniam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

boniam cum ſuo maledicendi morbo. Non poteſt apud eos qui me norunt factum alienum vel tenuiſſimam exiſtimationi meæ labeculam aſpergere. Hoc volui neſcius ne eſſes : nam ut ad putidiſſimas ſycophantæ calumnias reſpondeam , neque mihi integrum iam eſt , per eam legem, quam ipſe in epiſtola ad Scaligerum ante annos quinque edita mihi dixi : neque ſi vel maxime vellem , poſſem tamen auctoritatem conſilii tui contemnere, cujus eſt apud me pondus graviſſimum. meminiſti autẽ quam seriò mecum egeris noviſſimis tuis literis, ut & latratorem hunc, & ſimiles ei omnes alios contemnerem : ſemelque apud animum meum conſtituerem, facinus fore indignum, ſi propter huiuſmodi hominum leviſſimas & putidiſſimas nænias à magno incepto



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

quod præ manibus jam habeo, inerem me avocari. Parebo, vir, maxime, conſilio tuo; &, quod in me erit, ab omni tali ſcriptione poſthac conſtanter abſtinebo. Vale; & viris Ampliſſimis, D. PLESSENIO & D. FREHERO, plurimam, niſi grave eſt, à me ſalutem. Londinî, Nonis Auguſti, CIↃ IↃCXII.

# FRAGMENTVM

cujuſdam epiſtolæ ISAACI CASAVBONI AD IOSEPHVM SCALIGERVM, à ſpurcis nebulonis cujuſdam depravationibus & gloſſis vindicatæ.

*QVod ſcribis de congreſſu Diomedis cum Glauco, ut tu judicas ctè: vir optimus, ſi eum ſua pruntia orbi Gallico ſatis nota non*

deſtituiſſet, nunquam ejus certaminis aleam ſubiïſſet. Nunc ea acciderunt, quæ veriſſime dictum arguunt à divino vate τοῖον εἶναι νόον ἀνθρώποισιν οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγει θεός. Nam in hoc negotio toto à principio ad exitum uſque οὐδ' ὅ,τι οὖν φρονίμως διεπράχθη ὑπὸ τοῦ δοκοῦντος εἶναι καὶ ὄντος, ὡς ἀληθῶς φρονιμωτάτου· ἵνα μὴ λέγω τὰ περὶ τὴν παιδείαν ἐλαττώματα. Et ſcis quam ſit ὁ ἐξ ἐναντίας τρίβων τῆς σοφιστικῆς τερθρείας καὶ περὶ ταῦτα δεινός. Atqui vir ille octodecim ipſos menſes inſumpſerat in hanc unam curam, ut ſi quid in illo libro vel ὄντως vel φαινομένως μεμπτὸν ineſſet, id omne rimaretur. Equidem in lacrymas prope adducor quoties ſubit animo triſtiſſima illius diei ſpecies, cum de ingenua nobilitate, de excellenti ingenio, de ipſa denique veritate, pompatice adeo vidi trium-

triumphatum. Non deſunt qui τοῦ μέ-
δοντος hic accuſent. Sed neque patroni
illi deſunt. Nos quoties apud ipſum
amici viri cauſſam agere inſtituimus,
reſpōſum hoc tulimus, Sibi imputet:
go quid feci? Atque hæc, quia valde
velle viſus es, ſcripſi prope invitus: nã
& memoriam illius rei luctu refugit
nimus; & propter negotium iſtud in-
egritas noſtra tot calumniis appetita
ſt, ut infelicitatem ſeculi, & averſa à
mplici veritate ingenia, hoc maxime
xperimento cognoverim. Itaque τὰ
τοῦ λεπτὸν noli à nobis exigere. Deus
pt. Max. languentis Eccleſiæ ſuæ mi-
reatur. Sed nos, niſi vanum eſt augu-
um noſtrum, tenebræ manent denſiſ-
mæ, & ex imperitia quorundam,
ut perverſa aliorum ſcientia errores
αμμοκοσιογάργαροι. Ἐπεὶ τὸ
ινόμενον ὁρᾷς. οἱ μὲν γὰρ τὰ
ράμματα οὐ μανθάνουσι, οἱ δ' ἐπ'
ριστερὰ μανθάνουσι. Vale.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Ad Illuſtriſſimum
virum,

# MARCVM
## VELSERVM

Duumvirum Au-
guſtæ Vindelicorum.

## HENRICI WOTTONII
Epiſtola.

MARCO

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

# MARCO VELSERO
## Auguſtæ Vindelicorum HENRICVS VVOTTONIVS S. O.

PRivatim antehac ad te aliquoties ſcripſi. nunc cauſa eſt ut publicè quoque id faciam. hæc qualis ſit, quæſo audias. Proſtabat Francofurti ſuperioribus nundinis opus quoddam, ſi molem ſpectes (quod ferè fit) non ſanè de infimis, cum hac inſcriptione:

*GASPARIS SCIOPPII Eccleſiaſticus, authoritati Sereniſſimi Domini Iacobi Regis oppoſitus.*

*In quo cùm argumento magnam partem novo, tùm exemplo nemini adhuc uſitato*; & cætera quæ eandem modeſtiam ſapiunt.

Hujus operis conſutor cùm farraginem rerum undecunq; emen-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

dicaret, videtur neſcio quomodo incidiſſe in jocoſam legati definitionem, quam jam ante octennium iſtac tranſiens apud amicum virum Chriſtophorum Fleccamerum fortè poſueram in Albo amicorum more Teutonico his ipſis verbis : *Legatus eſt vir bonus peregrè miſſus ad mentiendum Reipublicæ causâ.* Definitio adeò fortaſſe catholica, ut complecti poſſit etiam legatos à latere. Quid hîc obſecro facit Scioppius ? reſerat familiaritatis ſcrinia, reſuſcitat poſt tot annos obſoletos ſales jam ipsâ vetuſtate ab inquietudine redemptos, ornat me pro humanitate ſuâ clementiſſimâ interpretatione, tanquam id non ſolum ſeriò, ſed & jactanter ſcripſiſſem. neque hoc contentus, conatur quoque jntemeratum, optimi Regis nomen per jocos meos in jnvidiam trahere, quaſi

Domini

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Domini præſtare tenerentur etiam ſervorum luſus. Poſtremò ad honeſtandam petulantiam ſuam locum unum atque alterum ex Eſaiâ & Solomone lepidè intermiſcet, ut nihil eſt tutum à profanis ingeniis. Hæc in me fateor cecidiſſe miro ſeculo. Quis enim putarat naſciturum hominem impatientem brevis joci ſuper legatorum licentia, qui tantum politica agitant, ubi jndies videmus ipſam ſacroſáctæ Theologiæ ſeveritatem à quibuſdam æquivocationum, mentalium reſervationum, & piarum fraudum Magiſtris tam fœdè conſtupratam? neque hoc obiter, aut jocoſè, aut in Albis amicorum ubi vana veraque pari ſecuritate tam ſcribi, quam pingi ſolent: ſed ex profeſſo, & de ſuggeſtu, & cum privilegio & authoritate ſuperiorum: verùm Scioppius eſt



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

qui ſurrexit. Et quid expectet me reſponſurum? Sanè memini familiã meam cùm Venetiis eſſem, Anathemate percuſſam in Paræneſi Baronianâ. Memini tùm etiã à Gomitulo Ieſuitâ Peruſino & ab Antonio Poſſevino ejuſdem farinæ quædam in me jacta. quæ quanquam ab exulceratis animis effluerent, utcunque tacitus ferebam. quippe hi erant viri non indignæ exiſtimationis, ſaltẽ apud ſuos: & ipſorum aut horum qualiſcunque claritudo leniebat injuriam. Sed cum famelicus tranſfuga & Romanæ curiæ lutulẽtus circulator ſcriptitet ſolùm, ut prandere poſſit; cùm ſemicoctus Grammaticaſter, & nullâ antehac ſolidiore diſciplinâ tinctus, Eccleſiaſtica tractet; cùm veſpillonis & caſtrenſis ſcorti * ſpuma irreverenter in regem debacchetur; cujus eximia in divinis humaniſque

* *Lege vulgata de vita & Parentibus Scioppij p.127.*

que

que ſapientia & conſtans juſti tenor cuicunque vel privato venerationem conciliaret; cùm homo Germanus, exutâ patriâ, probitate, & modeſtiâ, nihil aliud per totum opus quàm everſionẽ regum regnorumque ſpiret; cùm denique idem os, quod Ieſuiticam * *Ibidẽ*
ſocietatem * *Parricidalem cohortem* *p. 132.*
vocaverat, nunc, poſtquàm culinas Romæ lingere cœpit, eandem *Prætoriam* * *Caſtrorum Dei cohortem* vocet, *Quis iniquæ tam patiens urbis* (quæ iſtud animal pabulatur) *tam ferreus ut teneat ſe?* Igitur, ſemotâ omni feſtivitate, te seriò, te ex animo (Ornatiſſime Velſere) in hac epiſtolâ cõvenio: orans obteſtanſque per commune humanitatis vinculum, per ejuſdem Baptiſmi, ejuſdem ſymboli conſcientiam; ipſe velis (pro authoritate, quâ te ſcio valere apud tuos) iſtos Scioppios compeſcere:

*Eccleſiaſticus Sciopp. pag. 371.

peſcere:

peſcere: ut, ejectis è cœtu Chriſtiano ſimilibus hominum propudiis, cauſarumque ſanè vel optimarum de honeſtamentis, ſua bonis viris exiſtimatio, ſua Principibus dignitas maneat; non vexentur nundinæ proſtitutis Paraſitorum calamis; non typi (nobile Germanorum inventum) adeò miſerè torqueantur, ſequatur denique quantum infirmitas noſtra ferat illa Regnorum Eccleſiarumque requies, quam nobis commendavit ſupremus pacis præceptor ſimul & exemplum. Quod ſi impudentem illam dicacitatem (quam ab infami ortu μάλα ἀναλόγως traxit) non deponere poterit ſine magno ventriculi incommodo; ſaltem dignus eſt certè cui curtetur eſca ob execrãdam argutiam quâ
8. *Apr.* ſibi videtur vel ipſis Tridentinis
*ſeſſ*. 4. Patribus oculatior. Illi * *Traditiones*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*tiones & ſcripturam Sacram* pari tantum pietatis affectu & reverentia ſuſcipiēdas, primi omnium (quod ego ſciam) decrevere. At iſte novus Eccleſiaſticus non in Albo amicorum ſed pulcherrimi ſyntagmatis ſui p. 485. majorem traditi quam ſcripti verbi divini authoritatem blaſphemo & pudendo ore pronunciat. Poſſem ſexcentas id genus ſcioppietates proferre, ſed hoc eſſet ruſpari ſterquilinium. Vale igitur (vir nobiliſſime) atque iterum ſalve.

Londino. nonis decembribus Iulianis. Anno unici mediatoris noſtri cIↃ IↃ CXII.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

# HVGONIS GROTII
in
# SCALIGERVM
## Epitaphia; in quibus de illo & hoc monſtro.

*Proles vera ducum, & ducibus maioris Iuli,*
*Digne cui haud tantum Scoppius inuideat:*
*Nobile ſed quidquid, ſed doctum quidquid vbiq; eſt,*
*Doctrinæ princeps, nobilitatis honos:*
*Téne hi, qui Latiæ vendunt mēdacia turbæ,*
*Fraudatum tantæ gentis honore volunt?*
*Aut potius tanto fraudatam nomine gentem,*
*Per quod nobilior nobilitate ſua eſt?*

*Nam*

Nam poteras fieri magni tu ſan-
guinis author,
Ni tibi per tantos ſtemma
veniret auos.
Teque ſibi proauum, quem nunc
habuere nepotem,
Maſtini cuperent belligeri-
que Canes.
Et quocunque Atheſis quondam
rectore ſuperbit,
Conditaque Brenni mœnia
militibus.
Nunc aliter viſum ſuperis, illu-
ſtris vt in te
Gens per tota decem ſecula
proficeret.
Non puduit claros poſt ſævo
Marte tyrannos
Edere diuinum Cæſaris in-
genium.
Nec ſtetit hac fini, nec ſpes fuit
vltima Cæſar;

Quin

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*Quin vires iterum eſt auſa nouare ſuas.*
*Poſt te fœcundos ſed deſiit illa labores,*
*Vt quo jam majus gignere nil poterat.*

ALIVD.

*Cùm plutei doctis turgerent vndique chartis*
*Quas velit æterno fama fovere ſinu,*
*Exhæredavit moriturus Scaliger orbem,*
*Et vetuit poſt ſe ſcripta videre diem.*
*Heu nimium duras è miti pectore leges,*
*Pro quibus impietas magna ſit eſſe pium.*
*Digna ſit hac pœna præſens quæ viuitur ætas,*

*Quæ*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Quæ Titios & quæ Scoppia monſtra tulit:
Sed quo poſteritas meruit non poſſe doceri?
Aut quid fecerunt tam bona ſcripta mali?
Parce pater, ſi nos rectè tibi cuncta monenti
Credere in hoc vno credimus eſſe nefas.
Publica ſunt iſthæc. ſemel vt te fata dederunt
Omnibus, inde poteſt jam nihil eſſe tuum.
Sit tamen, vt mandas: nequeunt vel preſſa latere
Quæ tantum ex tanto nomine lucis habent.
Quicquid neſcitur foliis quæretur in iſtis,
Hinc ſibi reſponſum maxima turba petet.

Quan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*Quanta nec Euboicæ celebravit virginis antrum,*
*Nec tripodes medio quos habet orbe locus.*
*Quid juuat in populos has non dimittere chartas?*
*Scaligeri circum ſcrinia mundus erit.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

## *Ad Lectorem.*

Typographi ex nimiâ feſtinatione natus error numerum paginarum prioris editionis ſequutus eſt. Ea res ne nimium moraretur lectorem, veros hîc ſubjicere numeros viſum eſt.

Pagina 497. p. 7. *Chryſippũ. lege p. 8.*
*p. 12.* ῥητορεία *l. p. 13.*
*ibid. trechedipna. l. p. 15.*
*p. 22. & bonum. l. ibidem.*
*p. 13.* τὰ ἐφ' ἡμῖν. *l. p. 15.*

Pag. 498. *p. 16.* ὅτ, τι τοι. *l. p. 18.*
*p. ibid. matres enim. l. p. 19.*
*p. 17. oniropolicen. l. ibid.*
*p. 18. eclecticorum. l. p. 21.*

Pag. 499. *p. 20. ad obbam. l. p. 23.*
*p. 21. tropica hæc. l. p. 24.*
*p. 22. ſyllaba. l. p. 25.*
*p. 23. Askion. l. p. 26.*
*p. 25. ſpinturnicium. l. p. 29.*
*p. 30. decaenneaeterida. l. p. 34.*

Pag. 500. *p. 33. è pluribus. l. p. 37.*

*ibid.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

ibid. emetica. l. p. 38.
p. 35. Amææ. l. p. 40.
p. 36. in terris. l. p. 42.
p. 37. iſtmum. l. p. 43.
Pag. 501. p. 38. ut è vulpione. l. p. 44.
p. 47. Othonem. l. p. 54.
p. 48. quin &. l. p. 55.
p. 53. ilienſis. l. p. 61.
P. 502. p. 54. κοιλιοδαίμονας. l. p. 62.
p. 56. ut cum Epicuro. l. p. 64.
p. 57. Tarteſſiæ. l. p. 65.
ibid. ὅση κόνις. l. p. 66.
p. 10. ἐθηριώθης. l. ibid.
p. 59 ocymum. l. p. 67.
p. 62. ac madulſam. l. p. 70.
Pag. 503. ibid. Solonis. l. p. 71.
p. 64. poliorceten. l. p. 73.
p. 68. Melanthij. l. p. 78.
p. 71. quirinalia. l. p. 81.
p. 73. farctum. l. p. 83.
p. 74. ad exemplum. l. p. 84.
Pag. 504. p. 79. nundinale. l. p. 89.
p. 81. laneos. l. p. 91.
p. 84. runcinæ. l. p. 94.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

*p.91.per* XII.*l.p.101.*
*p.92.pedanei.l.p.102.*
Pag.*505.p.97.femur.l.p.107.*
*p.107.& jam.l.p.118.*
*p.109.lege curiata.l.p.120.*
Pag.*506.p.112.plane ut.l.p.123.*
*p.112.ſingulas.l.ibid.*
*ibid.poſtquam.l.p.124.*
Pag.*507.p.113.propter.l.p.125.*
*p.114.* E *Solonis.l.ibid.*
*p.115.quorum.l.p.127.*
*p.119.ſp.* Carvilius.*l.p.131.*
*p.121.hyſtrices.l.p.133.*
*p.126.Alium.l.p.138.*
Pag.*508.p.126.tempus.l.p.139.*
*p.128.* Domi.*l.p.141.*
*p.129.* Ἥκω. *l.p.142.*
Pag.*509.131.patellarios.l.p.144.*
*p.132.thiaſotes.l.p.146.*
*p.133.longurionem.l.ibid.*
*ibid.* ἓν διὰ δυοῖν. *l.p.147.*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

# Præter præſcripta, hæc quoque errata emenda.

*In Præfat. modeſtia. ibid. laudem quæſivit. in teſtimon. ducit. ex epiſtola Iſaaci Caſauboni ad Ioſephum Scal. ſi legere. 17. epiſt. ejuſdem ad Satiræ auctorem* μυστικωτάτην. *pag. 43. nectere. pag. 59. in margin. vitam. pag. 67. credidiſti. pag. 70. Iapeti. pag. 85. muſcarum. pag. 125. merita. pag. 134. puero. pag. 166. morituro. ibid. tetrius. pag. 176. factis. pag. 184. calumniæ. pag. 230. in Hiſpania. pag. 245. ſingulis. pag. 259. ſcrutarij. pag. 270. tota. pag. 276.* DABVRDEN. *pag. 305. affinitas. pag. 314. viderant. pag. 342. potitus. pag. 439. veneno.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Lugduni Batavorum,

Typis Isaaci Elzeviri.

Anno cIↃ IↃ c xvii.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 42